BHARTRIHARIS SENTENTIAE

ET

CARMEN QUOD CHAURI NOMINE CIRCUMFERTUR EROTICUM.

AD CODICUM MSTT. FIDEM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

PETRUS A BOHLEN.

BEROLINI
IMPENSIS FERDINANDI DUEMMLERI
MDCCCXXXIII.

TYPIS ACADEMICIS.

VIRO

SUMME REVERENDO

IOANNI SCHULZIO THEOL. DOCTORI

BORUSSORUM REGI POTENTISSIMO A CONSILIIS INTIMIS

EQUITI ILLUSTRI CET.

HUMANITATIS ET INGENUAE DOCTRINAE FAUTORI INSIGNI

HASCE BHARTRIHARIS SENTENTIAS

FRUCTUUM

EX ITINERE LITTERARIO NUPER PERCEPTORUM

PRIMITIAS

ANIMI BENEFICIORUM IN SE COLLATORUM MEMORIS

TESTES ESSE VOLUIT

EDITOR.

PRAEFATIO.

Londini quum ante biennium, summi Borussiae Ministerii munificentia commorari mihi liceret, ut, quod diu erat in votis, litteris Indicis pro viribus meis consulerem, nihil prius equidem et antiquius habui, quam ut sitim meam in Antiquitates Indicae gentis ardentissimam quocunque modo explerem: non solum libris rarioribus legendis excerpendisve et editionibus textuum Sanscritorum comparandis atque emendis, sed sculpturis quoque et picturis, quae in Museis asservantur, inspiciendis et virorum doctorum colloquio, ubi dubii aliquid atque obscuritatis oborietur, illustrandis, inprimis vero codicibus manuscriptis evolvendis describendisque, donec pestis, pro dolor! Gangetica in patria urbe exorta et iamiam saeviens post exiguum temporis spatium studia interrupit dilectissima et patremfamilias domum revocavit. Inter ea quae raptim ipse collegi, de iis enim quae Rosenio meo et Stenzlero, intima mihi amicitia coniunctis debeo: Chhandogyae codicem, apographa Ritusanhari, Gitagovindi, Brahmavaivartapurani rell. nunc est tacendum, primum fortasse locum occupent *Bhartriharis* quae dicuntur sententiae, quas iam lectoribus benevolis trado et maximopere volo commendatas. Quae vero caussae me impulerint ut haec potissimum carmina elegerim et quae dici possint in universum de persona et ingenio poetae, de codicibus quibus usus sum manuscriptis, de ordine librorum singularumque sententiarum nativo, de metrorum ratione et de carmine erotico *Chaurapanchâsica* dicto, quod sententiis hisce praemisi, ea omnia, ne quid desideret lector, breviter iam et omni qua par est verecundia, sunt exponenda. Itaque primum de auctore sententiarum videamus.

Constans exstat Indorum fama, quae शतकानि sive *Centurias* ut vocantur, ad Bhartriharim, refert regis Vikramâdityi fratrem, qui seculo ante Christum natum primo floruit et tractatum quoque grammaticum scripsisse putatur, quo de temporis momento nulla sane dubitandi causa adest idonea. Etenim citantur sententiae non modo in operibus rhetoricis, ut in *Sâhityadarpano* (de quo exstat Codex anno 1027 conscriptus; vid. *Schlegel* reflexions sur les langues Asiat. p. 111.) et in eo, quod antiquius est, *Kâvyaprakâso* scripto, sed etiam in dramaticis *Bhavabhûtis* ex seculo octavo, in *Hitopadeso* ex primis post Chr. seculis et in ipsa *Kâlidâsi*, poetae nostri aequalis Sakuntala (vid. ad Nit. 62). Quodsi tamen disticha Satacorum, quae sparsa huc illuc apud diversos leguntur, ex alio quodam fonte derivata vel etiam per sententiarum collectorem ex operibus istis desumpta et Bhartrihari tributa putes, non equidem renitor, sed ipsas maxima saltem ex parte sententias quominus recentiores habeamus, obstat earundem ingenua et haud fucata simplicitas, quae, in modulis et rhythmis sobrior, paroemia et alliterationes, quibus serior aetas delectatur, rarissime captat, quae modum in vocabulis componendis et in sesquipedalia verba diducendis non transgreditur et quae in universum colore, imaginibus et totius linguae ratione ad Kâlidâsi sermonem et aetatem proxime accedit. Reliqua quae de Bhartrihare traduntur inanes fabulae sunt, quas in transcursu tetigisse sufficiat. Fingunt enim Vikramum, inter quinque fratres minorem, a patre Gandharvaseno, qui in Malvae urbe Dharanagara domicilium habuit, imperium accepisse sed ipsum, peregrinandi cupidum Bhartrihari impertivisse; hunc autem uxoris perfidia et adulterio, quae adultero pomum quod immortalitatem praeberet dederat, commotum, vitam austeram iniisse et librum de devotione composuisse: quod ultimum aperte expiscati sunt ex secundo libri Nîti versu, ubi de mulierum perfidia queritur poeta. Narrantur, quae modo diximus, in fabularum collectione vulgo *Beitalpachisi* h. e. वेतालपञ्चविंशति *narrationes de vigintiquinque daemonibus* dicta, a Sivadâso composita (cfr. Asiat. Journal II. p. 27.), quibus conspirant fere quae Scholiasta in capite secundi libri

protulit: राज्ञा त्रिविक्रमशक्येन स्वलब्धं फलं कस्मैचिद्ब्राह्मणाय दत्तं । तस्य फलस्य महिमायेन भक्षितं सो ऽमरो भवति मरणं नास्ति तत्फलं ब्राह्मणेन मनांसि विचार्य बहूनां पालको राजा भर्तृहरिः तस्मै दत्तं । राजापि स्वपत्नी अतिप्रियतमा तस्यै दत्तं । तथापि कश्चनजारः तस्मै दत्तं ॥ Plura describere taedet, hoc unum tantum addo, pomum illud eodem modo induci discordiae instrumentum, quem ad modum illud in mille et una noctibus notissimum; ceterum vero in versu, ad quem illustrandum haec attulit Scholiasta, nihil omnino latere puto quod ad Bhartriharim necessarie referendum sit, quare assentiri non possum Colebrookio viro clarissimo existimanti (Introduct. remarks p. xiii. in Editione Bhartr. Srir.): auctorem in illo saltem versu ad vitam suam respexisse. Rogerius denique ex mente sacerdotum Bhartriharim Brâhmani cuiusdam, *Sandragoupeti Naraja* nominati filium fuisse perhibet, hoc est, nisi omnia me fallunt, Sandracotti regis (चन्द्रगुप्तो नराजा) celeberrimi, quem sacerdotem fuisse scioli seriores hallucinantur. Hunc pergunt quatuor uxores duxisse: filiam Brâhmani ex qua *Vararuchim* sustulit, ex filia Kshatriyi *Vikramârkum*, ex filia Vaisyi *Battim* atque ex Sûdrâ denique uxore *Bhartriharim*. Horum primus Vararuchis sapientissimus, ut volunt, Vedorum partem commentario amplexus est et librum composuit ethicum: igitur procul dubio idem est quem grammaticam Prâkritam composuisse constat. Vikramâdityum porro regnum suscepisse et Battim sibi adiunxisse ministrum tradunt; sed in hoc denuo errare videntur et personas et tempora confundentes: exstat enim quod Bhattikâvyam vocant carmen grammaticum, Râmi res gestas simul exponens, quod Bhartrihari cuidam grammatico aetate posteriori tribuitur (Asiat. Research. X. p. 436.) atque ex huius carminis nomine fratrem Bhartriharis nostri divinasse existimo Battim. De centuriarum denique auctore eadem fere quae supra attulimus, Padmanâbhus apud Rogerium fabulatur: eum voluptatibus summopere fuisse deditum et ultra trecentas uxores duxisse. Pater igitur, iam in filium minorem, ex quarti ordinis uxore natum, nimium severus, vitam eius dissolutam reprobravit, quo facto Bhartriharis, uxoribus repudiatis, sententias nostras non composuit quidem sed ex multis

libris aliis *collegit.* Hoc unum ex eiusmodi farinae fabellis teneas velim; nam etsi Sataca haec ad genus dicendi sententiosum stricte non accedant sed ita sint comparata ut unus idemque poeta talia condere potuerit, facile tamen inducor ut credam ea iam antiquitus ex aliis carminibus excerpta et inter se conglutinata fuisse, id quod de omnibus sententiarum collectionibus antiquis valet, quae postea demum collecta, viro cuidam suae aetatis sapientissimo solent tribui. Eadem modo sententiae et adagia in V. Testamento Salomoni, Arabica vero Alidi aliisque hominibus acutis tribuuntur, neque in tali fama, nisi caussae vetant idoneae, facile negaveris, partem saltem illarum sententiarum ad auctorem cui adscribuntur referendam esse, quod equidem de secundo potissimum Centuriarum libro crediderim. Haec fere sunt de auctore carminum quae dicenda habui, debilia quidem et manca: etenim non fluviorum tantum quorundam ea est conditio ut fontes ignorentur, sed habent etiam artes haec fata, ut, quando ad posteros propagentur, hi quidem ipsas doctrinas satis accurate servent, quae vero ad earundem historiam, ortum, progressum et incrementum pertinent, ea fere negligant omnia. Eandem sortem experta est Indica eruditio, cuius origo tenebris adeo est involuta, ut ex illis reliquiis quae hodie supersunt atque ex veterum in rebus Indicis inscitia, vix quidquam certi possit erui. Quae quum ita sint, reliquiae grata sumamus manu atque eas praesertim quae ob nativam suam pulchritudinem ad posteros devenire summopere merentur. Atque hoc de Bhartrihare inprimis testatur vir in rebus Indicis omnium doctissimus C[illegible]rookius, qui Sataca eam potissimum ob caussam Hitopadesi editioni Srîrâmapurensi adiecta fuisse ait, quod egregiae in iis morum descriptiones deprehendantur et quod nitor insuper poeticus, parciore quidem manu quam in multis operosis Indorum carminibus dispersus in iisdem inveniatur, sed qui lectores eo magis possit allicere Hoc praecipue dicendum est de libro qui *Nîti* inscribitur, cuius sententiae et argumenti elegantia et dictionis suavitate reliquis longe praestant et quem multis de caussis antiquissimum puto, cui postea sese adiunxerint libri *Sringâra* et *Vairagya*, summi

interdum frigoris pleni. In primo libro Sringâra, sive de amoribus, solitis imaginibus laudantur mulieres et vituperantur, earumque nates magnae, lotis similes oculi, tumentium mammarum onus sexcenties occurrunt, in qua re miramur sane poetas Indicos, eos saltem quibus vis ingenii nullo modo deest, quod talibus ineptiis certant et „toties revocatos eandem rem dicunt commutatis verbis et sententiis." Quod multo magis de libro tertio valet, ubi repetita semper, imaginibus frequenter putidis et pingue quiddam sonantibus, sordida illa Yoginum devotio describitur. Verba, quae Ilgenius (in opusc. philol. II. p. 70.) de poetis Graecorum gnomicis protulit, apprime huc faciunt: „Mirari subit, quomodo tot poetae in tam vili orbe morari potuerint, et quidquid in iis erat ingenii, id non rebus praestantioribus, quae ornatum aliquem poeticum admitterent, dedicarint, sed in res transtulerint, quae nisi a pietate, commendationem habent nullam." In libro secundo contra leguntur adagia vere acuta (cfr. vs. 3. 7. 8. 11. 16 rell.), inveniuntur sententiae morales quae ingenium exprimunt cum quadam novitate et gravitate, quae laudem doctrinae, honestatis et omnis virtutis celebrant cum grato quodam et perspicuo acumine (cf. 4. 5. 6. 12 et rell.); prostant fabulae Aesopicis similes, quibus clausulas addit poeta, non tales quidem quales Martialis aut nostrates solent addere, attamen suavitate sua non destitutas (ut 57. 62. 98); adsunt epigrammata ut ita dicam historica, sive historiolae versibus enarratae (v. c. 67. 82. 86); mythologica denique deprehenduntur permulta, quae fabulosa vocari possunt interdum, sed rem de qua agitur probe illustrant (vid. 10. 15. 27. 28. 29. 38. 68. 69. 72. 85. 93.). In omnibus vero hisce sententiis egregia latent adiumenta ad mores Indorum antiquiores depingendos, et, quod rei caput est, ad intimam linguae Sanscritae scientiam comparandam, quibus de caussis et nos, qui iuvenibus imprimis doctrina provectioribus prodesse volebamus, Bhartriharim, quem academicis lectionibus perquam aptum censet Schlegelius (Reflex. p. 163.), denuo edendum curavimus et textum, ceteroquin rarissimum a pessimis, quibus scatebat, mendis purgare studuimus.

Iam de auxiliis meis, quibus in hac Satacorum editione usus sum et de iis in genere quae ad crisin pertinent pauca dicenda sunt, praecipue de manuscriptis Codicibus qui Londini, in collegii mercatorum in Indiam commeantium Museo (*East India House*) asservantur et virorum cuiusvis regionis doctorum usui summa cum liberalitate permittuntur. Codices Bhartriharis, praeter unicum Taylorianum, Gaikavarenses omnes et a viro immortalis memoriae Colebrookio Museo donati sunt. Inter hos Codex optimae notae et a nobis princeps habitus is est, qui scriptura Devanagarica exaratus, in Catalogo numero 1791 signatus, omnes Bhartriharis sententias complectitur cum commentario perpetuo. Scriptura Codicis paullo recentior videtur neque librarius annum quo membranam descripserit notavit. Nos litera A codicem distinximus, cum editione impressa quam accuratissime contulimus eiusque scholia descripsimus, quorum apographum sollers Stenzlerus cura ac diligentia denuo, tempore urgente, perlustravit. — Secundus Codex, quem B nominavimus, in catalogo numerum prae se fert 1987 et praeter alia quaedam, ut Kirâtârjuniyi fragmentum, integrum Bhartriharis opus sed sine commentariis continet, scriptura devanagarica satis antiqua, Samvat 1604, hoc est anno p. Chr. n. 1547 conscriptus. In lectione quidem insignis est aestimandus codex, quippe cuius librarius complures ante oculos habuisse membranas possit videri ex quibus textum quodammodo criticum concinnare studeret, vocabulum aliud transfigendo, aliud obelo notando, et variantem lectionem uncis, hoc modo ×—× includendo. Quum tamen eo non processerit ut sphalmata evitaret pessima sed saepenumero intolerabili negligentia atque oscitantia verba vitiaret, scriptorem existimo vetus quoddam exemplar criticum negligentius transscripsisse potius quam suo ipsius iudicio ac crisi fuisse usum. Ceterum centuriae in hoc apographo longe ultra centum versus transcurrunt: Vairâgya enim 123 exhibet disticha, Nîti 106, Sringâra 121, ita ut librarius aliquis recentior hoc codice usus, centuriam tantum desideraturus esset dimidiam, ad quartam si placuisset digerendam. Nos vero versus omnes, qui apud alios desiderabantur, exsulare iussimus:

sunt enim passim ieiuni et merum, ex more recentiorum poetarum, *κρουνοχυτρολήραιον* continent; ulceribus laborant gravissimis neque ullo metro, nisi coniecturis factis audacissimis possunt adaptari; sunt praeterea obscuri plerumque et sine scholiis intellectu difficillimi. Nam quid aenigma sibi velit quale vs. 70. exstat, videant me acutiores:

यूयं वयं वयं यूयं इत्यासीन्मतिरावयोः ।
किं जातं अधुना येन यूयं यूयं वयं वयं ॥

Alius codex, litera C notatus, in Catalogo no. 1549, librum Sringâram tantum continet cum commentario. Litteris Bengalicis et quidem negligenter scriptus est neque annum prodit. — Eundem librum de amoribus praebet Codex D numerum 1378 in fronte gerens; scriptura est Devanagarica, scholia adsunt eadem, annus autem quo exaratus est, Samvat 1855 sive 1798 post Christum. — Unus exstat liber e collectione Tayloriana no. 140. a nobis T notatus, quem strictim tantum inspeximus. Integra quidem Sataca continet apographum sed misere vexata et versionis tantum in gratiam, ut videtur, subiecta; haec autem versio, litteris devanagaricis, iisdem metris et rhythmis praeterea finalibus instructa, dialecto quadam hodierna confecta est quae vel ipsi Shakespeario aliisque viris doctis, qui idiomatum vulgarium cognitionem sibi compararunt, ignota fuit. Ordo denique versuum in Cod. quam maxime est turbatus, ideo ut inutilem fere laborem instituat qui apographum hocce cum aliis velit conferre. — De Editione Satacorum Srîrâmapurensi eadem dicenda sunt, quae iam vir clarissimus Aug. Guilelmus a Schlegel in medium protulit de Rameidis atque Hitopadesi editoribus. Idem enim Careyus et iidem forsitan litterati Indici, Panditi nominantur, qui fabularum textum prelo paraverunt, Bhartriharis etiam disticha e tribus, mancis quidem sed sese invicem supplentibus, Codicibus Mst. primi evulgarunt et Hitopadeso tanquam appendicem adiecerunt (Srirâm. 1804.). Etsi vero hi docti viri omnibus muniti praesidiis ad crisin auctorum Indicorum accesserint, queritur nihilominus Schlegelius, hos esse in primis editionibus parandis negligenter versatos. Et recte quidem queritur vir acutissimus. Nam Bhartriharim quod attinet, metra portentosis lectionibus

violarunt; glossemata in textum, genuina lectione neglecta, receperunt; versuum ordinem turbarunt; vocabula falso haud raro distinxerunt; scholia in librum Vairâgyam vitiis plena imprimenda curarunt; confuderunt alia, alia ad lubitum omiserunt; textum denique typis expressum a sphalmatis typographicis non ubique purgarunt. Gravis sane accusatio, cuius tamen commentarius noster in quovis fere disticho praebebit argumenta. Rarior praeterea facta est editio illa primaria, quam iam post vulgatum per duumviros clarissimos Hitopadesum, vix ac ne vix quidem in manus tironum venturam esse speramus: in eruditorum conspectum si forte cadat, ii sane ubique videbunt iudicium nos nimis severum non tulisse. — Restat ut de versione belgica, quae duobus saeculis praeteritis et prima fortasse quae ex lingua sanscrita in Europaeum sermonem translata unquam apparuit, paucis agam. Est haec *Abrahami Rogerii,* sive potius Brâhmani Padmanâbhi, cui omnia sua debet Rogerius, in libro, cuius versione gallica utor: *la porte ouverte pour parvenir à la connoissance du paganisme caché, trad. en franç. par Thom. de la Grue, Amsterd.* 1670. 4to, ubi inde a pag. 291. libri Vairâgyi et Nîtis legitur paraphrasis. Religionem christianam propagandi caussa anno 1630 in Indiam tetendit Rogerius et in urbe Paliakatta, in regione Carnatica sita, decennium fere commoratus est ubi ex sacerdote, quem modo nominavi, brahmanico, linguam lusitanicam edocto, compendium non modo mythologicum sed versionem quoque Bhartriharis, prima de amoribus centuria praetermissa, fando accepit et concinnavit. Hanc quidem interpretationem, etsi ubique fere picturae partem aversam satis pellucidam repraesentet et paraphrasis potius dici possit, magna mihi fuisse utilitate ad sensum in dubiis locis universum captandum, ingenue fateor. — Sententias denique selectas Loiseleur de Longchamps chrestomatiae suae inseruit ex Edit. Srir. desumptas et vitiis gravioribus purgatas. Atque haec sunt in novo textu concinnando quae mihi aderant subsidia, quibus quomodo usus et qualia secutus sim praecepta critica, indicabo et religiose, ut par est, cum lectoribus communicabo. „Censendi iudicandique munere, verba sunt Ruhnkenii, sic fungitur aliquis,

ut vera a falsis et suppositiis discernat, fraudes suis vestigiis odoretur et demonstret, obscuris sive rebus sive verbis lumen affundat, depravata corrigat, laudet recta, deprehendat vitiosa;" quod quidem praeceptum ut in libris Sanscritis edendis omnibus valet ita maxime in Bhartriharis sententiis, quippe quae, ad publicam instructionem aptissimae, a multis describebantur et vitiis ideoque laborant gravissimis. Primum vero, rem altius ut repetam, ne hoc quidem dici potest quomodo se invicem sequi debeant tres Centuriae, quum ex Codd. Msttis nil certi de hac re possit elici. In codicibus C et D librum de amoribus tantum invenimus, reliqui autem, literis A et B insigniti, Vairâgyam praeponunt, Sringâra libro collectionem claudentes; sed ordo ille ab constitutus esse potest homine qui libros, per se absolutos, postea coniunxit, tametsi Rogerius Vairâgyam quoque Nîti libro anteponat. Scholiastam in Cod. A si audiamus, Vairâgyam ille solita formula claudit इति भर्तृहरिणा कृतं वैराग्यशतकं समाप्तं atque eadem repetit in fine Sringârasataci: in libri tamen de officiis clausula hanc centuriam *primam* appellat, et, quod in aliis libris neglexit, Commentarium finitum declarat: इति भर्तृहरिणा कृतं नीतिशतकं प्रथमं समाप्तं । इति भर्तृहरिणा विरचितं टीकायां नीतिशतकं समाप्तं ॥ cui addi potest eundem commentatorem in solo de officiis libri initio fusius de poeta narrationem instituere, in aliorum contra librorum capite rem tacite aggredi, ita ut merito putare possis eum Nîti centuria totam incipere collectionem. Sed omnes hasce rationes, iamiam sibi oppositas nil probare, quilibet ipse videt, inprimis si statuamus Nitisatacam antiquitus solum exstitisse, quare consultius visum est, ordinem quem Edit. Sr. induxit servare, primum, ne integris libris transpositis maior oriretur confusio ac discrepantia, dein autem quia ex mente Indorum nos egisse putamus quod iuvenilibus nequitiis incipientes ad virilis aetatis officia et morum praecepta transgressi devotione senili ac poenitentia, ut solent illi, finivimus fortasse denique compilator ipse de consilio collectionem suam ab ἐρωτικοῖς auspicabatur carminibus, quo lectores ad reliqua quoque alliceret et excitaret. Res porro non minus ardua erat singulas cuiusvis libri sen-

tentias ita inter se connectere ut inscriptionibus responderent cuique decadi impositis. Distinguitur enim centuria quaevis in decem capita minora suis quaeque titulis inscripta, contra quam distinctionem liber de amoribus in eo tantum pugnat, quod decadem non servavit sed capita plus ultra decem versus prolongavit, interdum vero, ut in tempestatum descriptione, intra hunc numerum se detinuit. In Ed. Srir. lemmata ibidem reperiuntur ubi in Cod. A, quem in Sringâra sequitur illa, prostant, ita ut in hoc libro nec mutandum esset quicquam, neque ordo, quem Cod. B perperam observavit, notandus. In libro tamen secundo editio inscriptiones prorsus omisit, et recte quidem, portentosum e Cod. B et Tayloriano ordinem secuta; in tertio demum libro huc illuc adscripsit lemmata, ad Cod. A denuo recurrens, ita tamen ut nimiis saepe interspersa sit sententia quae cum titulo nullo modo concordet. Quae omnia quum ita sint, capita in hisce libris minora ad sensum inscriptionibus indicatum redigi debebant, versus interdum transponendus, interdum transfigendus, saepe etiam ex alio loco, quin imo ex secundo libro in tertium transferendus, ad quam rem magno sane adiumento fuit versio Rogerii. Nam etsi haec, in singulis iusto liberior, saepenumero ne sensum quidem recte indicaverit, tamen in eo praestantissima visa est, quod decades bene distinxit et distichon quoddam omittere potius maluit quam seriem turbare genuinam. In digerendis autem hoc modo sententiis eadem crisi atque in variantibus lectionibus usus sum, scilicet ut versum non reciperem, nisi duae saltem vel plures adessent auctoritates, quae suum cuique locum adsignarent. Quodsi semel vel bis morem huncce violasse videar, in notis rationes reddidi, quibus argumentis commotus equidem fuerim ieiunae alicuius sententiae loco interserere aptiorem: ordine enim, qualem Edit. exhibet, semel turbato, nihil sane referre opinabar qualem versum alteri expuncto substituerem dummodo locum suum apte tueri posset. Ne tamen lector, editione Sr. usurus, in hac re dubius maneat, tabulam in fine opusculi adieci synopticam duorum librorum, qui ad distichorum ordinem a nostra editione omnino discrepant, ex qua tabula simul apparet textum

vulgarem Srîrâmapurensem in libro Nîti Codices B et T, in Vairâgyo autem illum quem litera A notavimus, presse sequi, ita ut editores ad Centuriam de moribus redigendam ipso Cod. B usos fuisse haud absimili coniectura statuas; quum vero in lectione non eadem inter utrumque textum necessitudo existat, sed Edit. nimium quantum differat et alia prorsus scholia, quam in Cod. A leguntur, praebeat, tertium quoddam manuscriptum pro norma habuisse omnino putandi sunt editores. Versus denique abundantes ex Cod. principe A et Edit. Sr. in supplementis collocavimus. Prorsus enim absonum esset *Centurias* vocare Bhartriharis sententias si vel unus versus numerum centenarium excederet; in animadversiones tamen disticha ablegare noluimus ista, ne pro spuriis haberentur omnia de quibus non constaret: de singulis ceterum adnotationes nostras adeas velimus.

Gravioris utique in re critica momenti est metrorum ratio, quam qui neglexerit, in legendis poetis et quid dicam in emendandis ubique haerebit. Solent enim in opere longo πολυπλόκοις μέτροις uti seriores poetae Indici, praesertim in sententioso poeseos genere. eadem quoque Bhartriharis sataca metrorum varietate insignia sunt, de quibus, ne cuique disticho schema suum praeponere cogamur, pauca disserere libet. Poteram equidem lectores ad *Colebrookii* tractatum *on Sanscrit and Pracrit poetry* (Asiat. Res. Vol. X.) et ad doctum *Lassenii* in Hitopadesum commentarium ablegare, ubi metra illa pag. 197. ad normam suam revocata sunt fere omnia, at quum Kâlidâsi opusculum *Srutabodham* dictum, cuius apographum amico debemus Stenzlero, nondum in vulgus sit prolatum, haud ingratum fore speramus, quod ex illo de metris compendiolo, celeberrimo poetae adscripto atque ex *Mallinâthi* scholiis, praecepta huc illuc inspergam, quae etsi rem clariorem non reddant, leges tamen continent firmissimas ad quas oratio dirigi debeat poetica. Quoniam vera scientia metrica auditu percipitur, Kâlidâsus libellum suum, in cuius praecepis Pingalum aliosque sequitur antiquiores, Srutabodham nominasse narrat.

छन्दसां लक्षणं येन श्रुतमात्रेण बुध्यते ।
तदहं कथयिष्यामि श्रुतबोधमविस्तरं ॥

Quadraginta versibus, quos dicimus memorialibus, constat tractatus, ita ut unoquoque disticho metrum quoddam, cuius nomen ac mensuram exhibet, absolvatur, praeceptis quibusdam de pedibus hunc in modum praemissis:

मस्त्रिगुरुस्त्रिलघुश्च नकारो
भादिगुरुस्तत आदिलघुर्यः ।
जो गुरुमध्यगतो रलमध्यः
सो ऽन्त्यगुरुः कथितो ऽन्त्यलघुस्तः ॥

Hoc est: म *est sigla pro tribus longis* (Molosso −−−), न *pro tribus brevibus* (Tribrachy ∪∪∪), भ *pro prima longa* (Dactylo −∪∪), य *pro prima correpta* (Bacchio ∪−−), ज *pro media producta* (Amphibrachy ∪−∪), र *quando brevis syllaba mediam sedem occupat* (Amphimacer −∪−, est enim ल compendium scripturae pro लघुः), स *ubi longa in fine stat* (Anapaestus ∪∪−), त *quando ibidem brevis locum habet* (Antibacchius −−∪). — Singulos porro regularium metrorum, praeter Sloci epici et Aryae, pedes per tres syllabas dispesci constat, quarum quidem compendia sive singulas litteras inter se connectunt Indorum metrici, in Duali positas si forte iterantur, quam rem tironum, tali breviloquentiae non adsuetorum, in gratiam exemplo reddam clariorem. Versum Sapphicum:

−∪−−|−∪∪−∪−∪

Indi hunc in modum secarent:

−∪−|−−∪|∪−∪|−−

sive siglis suis रतजगौ redderent expressum, quarum literarum ग Dualis nota insignitum docet duas superesse longas syllabas, गुरुः enim sive ग longam significat. Magis vero ingeniosum est sed aenigmati fere simile, quando pedum numerus vocabulo quodam, ut ita dicam, technico indicatur, ut in metro e.g. *Mahâmâlitam* (*Mallinâth.* ad Sisupâlab. 11,37.), cuius haec est norma, per regulam una cum nomine expressa:

∪∪∪|∪∪∪|−∪−|−∪−|−∪−|−∪−|
यदिह नयुगलं ततो वेदरेफैर्महामालितं ॥

ad verbum: *in quo* न *geminum tunc,* ४ *Vedorum* (hoc est: ad numerum horum librorum quater repetitum) *Mahâmâlitam est.* — Sed iam ad poetae nostri Bhartriharis metra propius accedamus atque ab antiquioribus quidem incipiamus, inter quae primum locum occupat.

I, 1. *Slocus epicus.* Pertinet vero haec species, ut eae quae proxime sequuntur, ad primam metrorum classem generalem, cuius pedes temporibus componuntur, unde गणछन्दः dicitur; secunda वर्णवृत्तिः sive अक्षरछन्दः nominata, omnia complectitur metra quae syllabarum *numero* scanduntur. Sloco satis frequenter utitur Bhartriharis: Sringâra 11. 13. 14. 16. 20. 29. 31. 60. 61. 68. 73. 74. 75. 85. 86. 90. 99. Nîti 1. 11. 21. 24. 25. 43. 47. 56. 74. 83. Vairâgya 2. 9. 56. 90. 94. Supplem. 6. 9. 12. 14. 20. Nolo quidem leges huius distichi, iam a multis viris doctis tractatas repetere, neque enim variat Bhartriharis slocus ab slocis melioris constructionis; ea vero quae forte liberiora sunt suis locis notabuntur. Addam tamen regulam *Mallinâthi* (ad Sisupâlab. 19, 1.) ex qua in omnibus pedibus syllaba quinta correpta, sexta producta esse iubetur; in pedibus secundo et quarto autem syllaba septima brevis. Peccant tamen haud raro contra syllabam primi et secundi pedis longam poetae. En regula ipsa:

पंचमं लघु सर्वेषु सप्तमं द्विचतुर्थयोः ।
गुरुषष्ठं च सर्वेषामेतच्छ्लोकस्य लक्षणं ॥

2. Sloco maxime cognatum et versui Veterum elegiaco quodammodo accedens metrum illud est quod आर्या nominatum, in singulis sententiis, utpote liberius, satis frequens, in carminibus longioribus huc illuc intermixtum comparet. Distichon quemadmodum Slocus in quatuor dividitur membra, पादाः, quorum primum tertiumque tribus pedibus sive duodecim temporibus, मात्राः। constant, hoc est syllabis brevibus, productis non obstantibus, quae in binas dissolvuntur mâtras. Membrum secundum octodecim, quartum autem catalecticum quindecim mâtris absolvitur. Regula Kâlidâsi, quae schema simul praebet, haec est:

= ⏑⏑ | ⏓ ⏓ ⏓ | = = ‖ – – | – – | ⏑ – ⏑ | – – | ⏒
‖ – ⏑⏑ | – – | ⏑ | – – | ⏒

पूर्वे द्वादशमात्राः पादे चाष्टादशद्वितीये च ।
द्वादश तथा तृतीये पञ्चदशान्ते च सार्योक्ता ॥

In singulis pedibus conformandis, dummodo quatuor moras continent, cum maxima licentia versatos esse videmus poetas, hac lege tamen constricta ut hemistichii primi sextus pes Amphibracho semper vel Proceleusmatico saltem constare debeat, qui in primo, quinto et septimo pede nunquam occurrunt. Proceleusmaticum a pede tertio utriusque hemistichii omnino abhorrere Lassenius censet: exstat tamen Nîti vs. 31. Pes sextus denique in secundo hemistichio una constat syllaba brevi. Disticha hoc modo composita apud Bhartriharim habes quae sequuntur, in quibus asterisco notata sunt ea quae vitio aliquo laborant, ut saepius fit in versibus Aryâ metro conscriptis: Sring. 32. 37*. 41*. 43. 57*. 91. 100*. Nît. 3. 30*. 31. 35. 51. 84. Supplem. 11*. 13. 18. 19. 21. 22. 23. — Quodsi omnibus regulis salvis acatalecticum fit hemistichium secundum, quale est Sring. 27.:

⏔= | ⏑⏕⏑ | =⏔ || ⏔⏑⏑ | ⏑⏑= | ⏑=⏑ | ⏑=⏑ | =

Aryâgîti vocatur metrum, qua serioris aevi poetae magis delectari videntur et de cuius structura docte egit *Benary* ad Nalod. Praef. p. VI. sqq.

3. Ad metra quantitate syllabarum vel temporibus constituta illud quoque pertinet quod वैतालीय nuncupatur; species re vera Aryâgîtis cuius tamen licentias respuit atque ad secundam metrorum classem viam munivit. Norma haec est:

⏑⏑= | ⏑⏑= | ⏑=⏑ | = || ⏑⏑= | =⏑⏑ | =⏑= | ⏑==

pedes ternis iam constare ubique syllabis vides, quae tamen quatuor mâtras efficiunt; leges praeterea praecipiunt membra Cretico et Iambo claudi, quibus abscissis sex tempora manent sive morae in minoribus, octo in maioribus membris. Hoc sibi vult regula in scholiis ad *Ghatakarp*. vs. 1. षड्विषमे ऽष्टौ समे कलाः (sic enim legendum), quam pleniorem dabit *Mallinâthus* ad Sisup. 16, 1. coll. *Colebrook*. in Asiat. Res. X. p. 404. seq. Atque hoc illud ipsum metrum est, cuius nomen Lassenius non invenit (ad Hitop. p. 199). Bis tantum in Bhartrih. sententiis exstat: Sring. 82. et Vairâg. 57.

II. Faciliora omnino sunt metra ea quae Colebrookius et Lassenius *monoschematica* appellant quaeque non syllabarum valore sed numero metimur. Tetrasticha possint vocari, pedes enim paribus syllabis quater eodem ordine recurrunt: attamen quum litterarum contactus euphoniae in gratiam, in caesura primi ac tertii stichi semper observetur, melius utique metra illa Indorum more tanquam disticha considerentur, quare et nos singulas versus partes *membra* potius, sive *lineas* interdum et *cola* appellare maluimus, quorum bina hemistichium constituunt. Dividuntur haecce metra, secundum syllabarum in quovis membro numerum, in genera diversa, quorum quod in Centuriis nostris primum in censum venit Hendecasyllabum, *Trishtubh* appellatur. Huius, Kâlidâsi ordinem si sequimur

1. prima specie, *Sâlinî* vocata, Bhartriharis utitur: Sring. 3. Nîti 40. Vairâgy. 30. Schema hoc est:

−−−|−́−⏑|−́−⏑|−−|| quater repetitum,

cuius regulas hoc modo proponit *Kâlidâsas* (vs. 17. coll. *Mallinâth.* ad Sisup. 18, 1.):

ह्रस्वो वर्णो जायते यत्र षष्ठः
कम्बुग्रीवे तद्वदेवाष्टमान्त्यः ।
विश्रामः स्यात्तन्वि वेदैस्तुरङ्गैः
तां भाषन्ते शालिनीं छान्दसीयाः ॥

quodsi sexta syllaba corripitur, o cervice pulchra! et eodem modo syllaba post octavam; si hypotmesis fit, o tenera! in quarta et septima: hanc speciem Sâlinîm appellant metrorum gnari. Vedi pro quatuor ponuntur, *equi* scil. solis, pro septem; mulierem alloquitur poeta, ut solent Indorum magistri, nos in sequentibus talia omisimus.

2. Ex Sâlinî oritur metrum *Indravajrâ* si modo tertiam et septimam corripis hoc modo:

−−⏑|−−⏑|⏑−⏑|−−||

Mallinâth. (ad Sisup. 14, 86.) pedes indicat: स्यादिन्द्रवज्री यदि तौजगौगः । *Kâlidâs.* (vs. 19.) praecipit:

यस्यां त्रिषट्सप्तममक्षर स्याद्
ह्रस्वं सुजङ्घे नवमं च तद्वत् ।

in qua tertia, sexta, septima et nona corripiuntur, hanc Indravajrâm appellant. Utitur Bhartriharis hac mensura in locis his: Sring. 18. 22. 54. 78. 92. Nîti 15. 33. 50. 58. 63. 64. 65. 100. Vair. 8. Suppl. 2. 3. 8.

3. Si etiam primi membri pes primus mutatur in Amphibrachum, metrum appellatur *Upendravajra*, apud Bhartrih. Sring. 23. et Vairâg. 84. exstans. Norma est:

◡–◡|––◡|◡–◡¦––||

et nomen videtur metrum accepisse ex *Gitagovînd.* 4, 4, 2. ubi in versu eadem mensura concinnato legitur उपेन्द्रवज्र *fulmen*, ad quam rem facit observatio Colebrookii (l. l. p. 406.): *where the stanza has the appearance of being a quotation, it might be conjectured that the denomination of the measure was originally assumed from the example.* Haec igitur coniectura si speciem aliquam veri habet, et habet sane ut equidem puto, infra enim aliud huius generis exemplum deprehenditur: post Jayadevum saltem vixit qui Srutabodham, Kâlidâso attributum, composuit, quod carmen Upendravajrâm explicat (vs. 20.) nomine eius addito. Neque tamen exinde consequitur omnes, qui hoc metro usi sunt poetas Jayadevo posteriores fuisse, potest enim hoc solum nomen, ex Gîtagovindo desumptum, mensurae antiquiori inditum fuisse, ut exemplo probari potest: Sic metrum *Kalahansa* (Colebrook. p. 470. VIII. no. 7.) apud *Mallinâthum* (ad Sisupâl. 6, 73.) novum nomen ex Maghi versu ipso कुटजानिवीक्ष्येत्यादि accepit *Kutaja.*

4. Permixtum quodvis ex duobus metris genus vocatur उपजातिः cuius quatuordecim varietates existunt et eum potissimum in finem inducuntur ut rigidior lex, eâdem ubicunque syllaba arsin inchoandi evitetur. Sic commixta inveniuntur Vansashta et Indravansa, Vâtormi et Sâlinî (vid. Colebr. l. l. p. 427.), frequentissime tamen Indravajrâ et Upendravajrâ componuntur, quod quidem genus κατ' ἐξ. *Upajâti* dicitur. Ex regula *Mallinâthi* (ad Sisup. 3, 1.):

इन्द्रोपेन्द्रवज्रामिश्रणादुपजातिवृत्तं ॥
अनन्तरोदीरितलक्ष्मभाजौ ।
पादौ यदीयावुपजातयः ताः ॥

E variis Upajâtis generibus Bhartriharis illud semel (Nît. 75.) adhibuit, ubi Upendravajra ter repetitur et Indravajra in ultimo tantum membro locum habet; semel (Nîti 95.) aliud, quo Upendravajra in primo hemistichio ponitur, in secundo Indravajra, quibus varietatibus nomen, si quod habent, non invenio. Alia species *Akhyânakî* vocata, bis in Satacis adhibita est: Nîti 7. 72. et haec quidem fit, si Indravajrae pedes primum membrum faciunt et dein Upendravajra ter sequitur; cf. Srutabodh. vs. 22.

यदीन्द्रवज्रचरणः पुरा स्याद्
उपेन्द्रवज्रचरणास्त्रयोऽन्ये ॥

5. *Rathoddhatâ*, in unico tantum versu Sring. 24. usurpatum, metrum appellatur, quando inter breves syllabas, ut Srutabodh. (vs. 24.) praecipit, prima, tertia, septima, nona et finalis producuntur:

–◡–|◡◡◡|–◡–|◡–||

pedes designat *Mallinâthus* (ad Kirâtârj. 13, 35.): रौ नराविह रथोद्धता लगौ ॥ idem repetens in *Sarvankashâ* 4, 58. Verba Kâlidâsi addam facillima:

आद्यमक्षरमथ त्रितीयकं
सप्तमं च नवमं तथान्तिकं ।
दीर्घमिन्दुमुखि यत्र ज्ञायते
तां वदन्ति कवयो रथोद्धतां ॥

Varietas huius metri illa est, qua Bhartriharis utitur Sring. 55, cui nomen non habeo:

=◡=|◡◡◡|=◡◡|◡=||=◡=|◡◡◡|=◡=|◡=

6. *Vatabodhakam* metrum vocatur dactylicum Alcmanium illud quod Colebrookio *Dodhaka* est, apud Bhartr. Sring. 9. Ex Kâlidâsi regula fit, si prima, quarta, septima, decima et finalis producuntur (Srutab. 18.):

–◡◡|–◡◡|–◡◡|––

आद्यचतुर्थमहीननितम्बे
सप्तमकं दशमं च तथान्त्यं ।
यत्र गुरुः प्रकटस्मपाशे
तत्कथितं वतबोधकमेतत् ॥

Mallinâthus (ad Sisup. 4, 45.) indicat: दोधकवृत्तमिदं भभभागौ ॥

7. Iam sequuntur dodecasyllaba metra ad classem apud Colebrookium septimam *Jagatî* pertinentia. Inter haec illud, quod *Drutavilambitam* vocatur, apud Bhartriharim exstat Sring. 34. Nîti 42. 53. 87. 88. Norma haec est:

⏑⏑⏑|–⏑⏑|–⏑⏑|–⏑–||

sive ut *Mallinâth.* (ad Sisup. 6, 1.) indicat: द्रुतविलम्बितमाह नभौभरौ ॥ Auctor Srutabodhi (vs. 28.) productas tantum suis sedibus syllabas enumerat, neque enim hypotmesis in membris ipsis adest.

8. Antiquissimum huius classis metrum *Vansashtam* est, in carminibus epicis satis frequens, in Centuriis bis tantum usurpatum: Sring. 2. et Nit. 62. Pedes suppeditat *Mallinâthus* in Ghantâpatho 1, 1. et ad Sisup. 1, 1.: जतौ तु वंशस्थमुदीरितं जरौ ॥

⏑–⏑|––⏑|⏑–⏑|–⏑–||

Proxime igitur ad Upendravajrâm accedit et ita quidem ut illud cum *Ewaldio* (über einige Sanskritmetra p. 14.) Vansashtam catalectum vocare possis, quod et *Kâlid.* videtur indicare, dum penultimam brevem Upendravajrae pedibus insertam docet (vs. 30.):

उपेन्द्रवज्राचरणेषु सन्ति चेद्
उपान्त्यवर्णा लघवः परिक्षिताः ॥

Primo pede in Antibacchium mutato aliud statim evadit genus, cui Indravansâ nomen; utrumque permixtum habes *Sakuntalâ* p. 152.

9. Ad classem *Sakkarî* dictam, quatuordecim syllabis membra efformantem, usitatissimum pertinet metrum *Vasantatilakâ,* hac formula ad Sisupâl. 4, 19. indicatum: उक्ता वसन्ततिलका तभजाजगौग ut legendum quoque est ad Kirâtârj. 7, 40. Schema est:

––⏑|–⏑⏑|⏑–⏑|⏑–⏑|––||

In Srutabodho (vs. 34.) syllabae tantummodo productae indicantur. Hoc metrum, quo compositum est carmen *Chaurapanchâsikâ* *μονόμετρον*, satis frequenter adhibuit poeta noster, in versibus videlicet Sring. 1. 8. 10. 17. 21. 38. 58. 84. Nîti 2. 20. 26. 38. 39. 49. 73. 76. 81. 94. 99. Vairâg. 16. 25. 39. 68. 69. 70. 71. 75. Suppl. 5. —

10. *Mâlinî* metrum quindecim in unoquoque membro syllabis constans, ad classem Atisakkarî, quae est nona Colebrookio, pertinet et bacchicum commode dici potest. *Corripiuntur*, ex Srutabodhi regula (vs. 35.) *syllabae sex priores, decima item et decima tertia, ita ut hypotmesis cadat in septimam et nova arsis incipiat in octava* (*montes* mythici, septem maria claudentes, *octo* numerantur):

प्रथममगुरुषट्कं विद्यते यत्र कान्ते
तदनु च दशमं चेदक्षर द्वादशान्त्यं ।
गिरिभिरथ तुरङ्गैर्यत्र कान्ते विरामः
सुकविजनमनोज्ञा मालिनी सा प्रसिद्धा ॥

pedes igitur sunt hi:

∪∪∪|∪∪∪|–́–́–|∪––|∪––||

sive ut *Mallinâthus* indicat (ad Sisupâlabadhum 11, 1.): ननमयययुतेयं मालिनी भोगिलोकैः ॥ In Bhartriharis sententiis metrum exstat Sring. 26. 42. 53. 56. 87. Nîti 14. 71. 97. Vairâg. 54. 55. 99.

11. Classis illius quae *Ashti* vocatur metrum *Prithvî* quinquies invenitur apud Bhartrih. Nîti 4. 5. 46. 68. Vairâgy. 63. Sonat vero hoc modo:

∪–́∪|∪∪–|∪–́∪|∪∪–|∪––|–||

Mallinâthus in Sarvankashâ 4, 66 definit: जसौजसयलावसुग्रहपतिश्च पृथ्वीगः ॥

12. Sequitur iam, quae *Atyashiti* nuncupatur classis, septemdecim syllabas continens, cuius species *Mandakrântâ* in Satacis comparet Sring. 62. 93. Nîti 48. Vairâg. 18. 29. 43. 67. 82. 93. Schema hoc est:

–––|–∪∪|∪∪∪|––∪|––∪|––||

Regula *Mallinâthi* (ad Sisup. 7, 74. 9, 87.) sonat: मन्दक्रान्ता जलधिषड-गैर्म्भौनततागुरू ॥ sic utique legendum est; pausa natura sua ponitur

in quarta et decima, quid vero *oceanus* et *sex montes* sibi velint heic, equidem omnino non intelligo. In *Srutab.* (vs. 15.) hypotmeses indicantur per युग *quatuor*, रस *sex*, quia sex animi commotiones numerantur, et हय *septem*.

13. Mensura, *Harinî* vocata, in sententiis adhibetur Sring. 30. 33. 83. Nîti 9. 28. Vair. 23. 58. Suppl. 17. Pedes sunt hi:

⏑⏑⏑|⏑⏑–́|–––|–⏑–́|⏑⏑–|⏑–||

Mallinâthi regula (ad Sisupâl. 12, vs. ultim.) vitiosa est: भवति हरिणा सैन्निगैा रसाम्बुधिविष्टपैः ॥ indicat enim pedem ⏑⏑– bis, ⏑⏑⏑ et –––, tribrachum et molossum semel inesse, sed omisit amphimacrum et in fine लग indicandum esset; legendum praeterea रसाम्बुरिति विष्टपैः । Caesuram minorem cadere in sextam et duodecimam Srutabodh. indicat vs. 37.

14. *Sikharinî* metrum, ad eandem classem pertinens, in sententiis nostris frequentissime prostat, Sring. 4. 6. 39. 40. 44. 45. 51. 52. 63. 79. 88. 94. 96. 98. Nît. 8. 10. 29. 36. 54. 55. 61. 77. 79. 92. Vair. 3. 6. 7. 10. 13. 17. 19. 20. 28. 49. 51. 59. 61. 62. 77. 78. 85. 86. 87. 89. 100. Supplem. 16. 24. Norma haec est:

⏑––|––́|⏑⏑⏑|⏑⏑–́|–⏑⏑|⏑–||

post sextam et undecimam pausa statuenda, ut in Srutabod. (vs. 37.) indicatum: रसैरीशैर्यस्यां भवति विरतिः सा शिखरिणी । ubi *domini* undecim dii sunt *Rudri*, quemadmodum *Mallinâth.* (ad Sisup. 5, 69. et Kirât. 10, 63.) रसै रुद्रैः छिन्ना यमनसभलागाः शिखरिणी ॥

15. Classis quae *Atidhriti* vocatur, undeviginti syllabis quater repetitis efformatae, metrum in serioribus carminibus usitatissimum est *Sârdûlavikrîditam*, qua Bhartriharis delectatur quam maxime. Exstat Sring. 5. 7. 12. 15. 25. 35. 36. 46. 48. 50. 64. 65. 67. 71. 72. 77. 80. 86. 89. 95. 97. Nîti 6. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 22. 23. 27. 32. 34. 37. 41. 44. 45. 52. 57. 66. 67. 69. 70. 78. 80. 82. 85. 86. 89. 90. 91. 93. 96. Vairâg. 1. 4. 5. 11. 12. 14. 15. 21. 22. 27. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 40. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 52. 60. 64. 65. 66. 72. 73. 74. 76. 79. 80. 81. 83. 91. 92. 95. 96. 97. 98. Supplem. 1. 4. 7. 10. 15. — Comparatum vero est hoc modo:

———|⏑⏑—|⏑–́⏑|⏑⏑–́|——⏑|——⏑|—||

Mallinâthus (ad Sisup. 1, 75.) regulam exhibet: सूर्याश्वैर्मसजस्तताः सगु-रवः शार्दूलविक्रीडितं ॥ in Srutab. vs. 39. describitur. Nomen huius metri denuo ex *Gîtagovindo* 4, 2: कन्दर्पो ऽपि यमायते विरचयं शार्दूलविक्रीडितं ॥ eadem mensura composito carmine desumptum videtur.

16. *Sragdharâ* metrum, apud Kâlidâsum ultimum, *Mallinâtho* (ad Sisup. 15, 130.) *Snigdharâ* vocatum, ad *Prakriti* classem pertinet, XXI syllabis quater repetitis constans. In sententiis Bhartr. hisce adhibitum est: Sring. 19. 47. 49. 59. 66. 69. 70. 76. Nîti 59. 60. 98. Vair. 24. 26. 37. 38. 53. 88. Suppl. 25. Schema est:

———|—⏑—|–́⏑⏑|⏑⏑⏑|⏑–́—|⏑——|⏑——||

caesuris minoribus in partes tres distribuitur aequales membrum quodque, ita ut post syllabam semper septimam hypotmesis fiat, quod *Srutabodh.* per मुनिमुनिमुनिभिः indicat, sunt enim *septem* sapientes numero.

17. Unum restat *Pushpitâghra* metrum, quo semel tantum utitur Bhartriharis Sring. 28. Ad monoschematica pertinet quidem, sed ad talia quorum membra inaequalia sunt et ad modum Upajâtis e duobus metris composita. Sonat enim:

⏑⏑⏑|⏑⏑⏑|—⏑—|⏑——||⏑⏑⏑|⏑—⏑|⏑—⏑|—⏑—|—||

In Srutabodho deest, *Maltinâthus* autem indicat (ad Sisup. 1, 74. 4, 20. Kirâtârj. 10, 1.):

अयुजिनयुगरेफतो यकारो
युजिचनजौजरगाश्च पुष्पिताग्रा ॥

hoc est: *geminato tribracho* (न) *et amphimacro* (र) *adiunctus bacchius* (य); *dein simplex tribrachus, duplex amphibrachus, amphimacer et syllaba longa.*

Pauca denique sunt quae dicam de carmine erotico, Bhartriharis sententiis praemisso et *Chauropanchâsicae* nomine, hoc est *quinquaginta disticha Chauri,* insignito. Unum tantum apographum, anno 1798 scriptum, Londini in Museo Indico inter codices Colebrookianos

No. 33. exstat, scriptura devanagarica exaratum et commentario instructum. Hoc sibi descripsit *Lassenius* meus et mecum iam ante hos quinque annos describendum liberaliter communicavit. At quum tenue admodum videretur carmen, neque forsitan singulatim si ederetur, lectores posset allicere; quum praeterea ulceribus quibusdam gravioribus laboraret, editionem hucusque detinui: iam vero una cum scholiis Bhartrihari adiicere visum est, quippe quod in centuriam de amoribus egregie introductionis instar esse possit, iisdem ubique imaginibus usum atque coloribus, tum etiam, quia commentarius, pauca si excipias, perspicuus ac facilis ad similes serioris aevi poetas legendos aditum paret et magnae tironibus utilitati fore videtur. Argumentum carminis Ganapas, commentarii auctor, hunc fere in modum statuit: Brâhmanum quendam fuisse *Chauri* nomine, fama per omnes regiones longe lateque celeberrimum, qui cum regis cuiusdam filia, magna pulchritudine insigni, clandestinos foveret amores. Regis *Sundari*, in urbe Kanchîpura domicilium tenentis, filium poetam fuisse aliae addunt traditiones, quae virginem illam, Vidyâm appellatam (विद्यानाम्नि केचित् Schol.) et regis *Vîrasinhi*, in regione Burdvan, filiam simul prodiderunt. Puella vero, quum graviditatis signa occultare ulterius non posset, res tandem per delatores innotuit, Chauras igitur, regis iussu captus et per lictores ad mortem ductus, ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγων gaudia praeterita et amicae memoriam ac pulchritudinem quinquaginta distichis sibi adumbravit. Confirmatur quodammodo narratio versu 49, non autem, ut equidem sentio, repetitis per totum carmen अद्यापि vocabulis, quae vox mera est, ut Scholiasta loquitur, पूर्वपरामर्शी, qua ad memoriam, pristinae voluptatis revocandam saepius versus inchoantur poetae, quam tamen commentarius semper formula मरणकाले et similibus explicat. Quae vero addunt recentiores: poetam, dum caperetur, *furem* habitum fuisse. atque regem illum, somnio ne principis natum occideret monitum, ipsi ignovisse et nuptias dein celebrasse, haec omnia mythicum sapiunt Indorum ingenium; videtur enim ex nomine

चैार effictum illud esse, ut urbis nomen *Kanchîpura* et puellae *Vidyâ* ex disticho priori eiusque scholiis male intellectis. Ceterum carmen hocce eroticum magni vel hodie aestimari Colebrookius testatur (Asiat. Res. X. p. 419.) quod ex mea quidem sententia hodiernum Indorum pulchri et venusti sensum haud prodit: totum enim carmen singulis fere constat epithetis compositis, per integrum frequenter distichon protractis, quibus nugis bullatis serior mirifice delectatur aetas, etsi non prorsus negandum est singulas interdum imagines hoc modo inter se conglutinatas suavitatis aliquid habere. Nos vero, quoniam nulla facile lingua talia exprimere potest verba sanscrita, sensum reddere studuimus et epitheton in partes suas divisimus, et modo illud, quoad eius fieri potuit, circumscribere, modo adiectivum quoddam *ornatum, pulchrum, praeditum* addere potius, quam in artificiosa versionis textura tempus terere maluimus. Haec, quae prudentes offendere vix possunt, de satacarum etiam versione mea valent: casus enim grammaticos in singulis sententiis atque totam vocabulorum structuram similibus ubique reddere haud sollicitus, mentem atque ingenium poetae percipere solum conatus sum; est enim latinae linguae indoles ita comparata, ut, id quod omnes norunt qui rem tentarunt, uberrimum Indorum usum dicendi presse sequi vix ac ne vix quidem possimus. Veteres quidem auctores latinos saepissime collaudat Schlegelius in eo quod more Graecorum vocabula efformaverint composita, sed haec, ut pace viri clarissimi dicam, in vertendis Sanscritis haud magni sunt momenti: perlegi equidem fragmenta Lucilii, Pacuvii, Enniique, perlustravi ea quae Scaliger tentavit in hymnis Orphicis latine reddendis, attamen epitheta quae ad ingenium linguae sanscritae composita forte inveniuntur, nec multa sunt, neque ultra classem quam Bahuvrihicam appellamus procedunt, quare simpliciorem ubique praetulimus versionem, ne ineptiarum merito ac molestiarum accusaremur; ceterum autem, ut par est, lacunas, quae inter textum et versionem ubique inveniuntur, commentario supplendas curavimus. Animadversiones nostras ad archaeologiam magis

spectare et eo tendere ut sensum eruant locisque similibus, vel aliunde ex aliarum gentium poesi petitis confirment, quaestionibus grammaticis intricatioribus, quae minus arriserunt, omissis, libere profiteor: quodsi igitur Paninim vapulare animadvertant perspicaciores, id quod raro accidisse mihi spero, id studio meo tribuant velim quo in mores et instituta populorum semper agitur animus. Neque tamen quaestiones quae ad crisin pertinent, omnino desiderabit lector: in Bhartriharis sententiis codices principes A et B prae ceteris secuti sumus quidem, sed varias aliorum codicum lectiones in censum quoque vocavimus; calami errores vero et farraginem exinde enatam lectionum, quas vix dicas variantes, omnino omisimus. Ex scholiis in Bhartriharim omnia delegimus quae necessaria videbantur ad locum aliquem obscuriorem illustrandum atque ad sensum enucleandum; sunt quidem simpliciora illa et saepenumero aliis tantummodo vocabulis usitatioribus rem circumscribunt, quam ob causam auctorem, cuius nomen ignoro, vetustiorem quam Mallinâthum aliosque prolixiorum commentariorum scriptores habendum puto.

His rebus absolutis unum, quod aegre tango, lectores quosdam et mihi quidem amicissimos, desiderare video, ut, quemadmodum mos invaluit, de separandis vocabulis euphonice tantum conglutinatis rationem reddam. Duo potissimum sunt, si veterem Indorum syllabas separandi rationem deserimus, orthographiae genera: aut enim, quod ad antiquam illam rationem proxime accedit, continua serie scribunt alii, aut textum ubique separant, sed ita ut Sandhis maneat intacta et vocalium craris apostraphis notetur, quae quidem posterior clarissimo mihique amicissimo Boppio debetur ratio: nos, Schlegelii, Lassenii, Rosenii aliorumque exemplum secuti, utramque rationem ita quodammodo coniunximus ut ea tantum, quae natura disiungi potuerant, separaverimus; in scholiis autem eam scribendi licentiam, qua utuntur commentatores ipsi, retinuimus, synaloephe et litterarum coniunctione sublata atque ipsis euphoniae legibus neglectis.

Haec habui fere de nova quae dicerem Bhartriharis editione. Neque vero praefationi meae finem imponere possum, quin Tibi, vir doctissime, amice suavissime *Ferdinande Benary*, pro singulari Tuo et nunquam satis laudando erga me favore, gratias agam quam maximas. Tu enim non modo in schedis perlustrandis et corrigendis tantam posuisti diligentiam, ut, quae subinde deprehendantur operarum vitia, pauca sint et plerumque levia; verum etiam dubia quaedam quae mihi remanserant et calami insuper errores omni, quae *Tua* est, sollertia atque industria solvisti et benevole mecum communicasti. Meritum de me Tuum manet alta mente repostum.

Scribebam Regimontii Prussorum mense Novembr. 1833.

P. a Bohlen.

अथ

चौरपञ्चाशिका

अथ

श्रीभर्तृहरिः

॥ चौरपञ्चाशिका ॥

॥ श्रीगणेशाय नमः ॥

विघ्नेश्वरं नमस्कृत्य रामोपाध्यायनन्दनः ।
गणपस्तनुते टीकां खण्डकाव्यस्य वैस्फुटां ॥

अथ प्राक्तनकर्मोपचीयमानपुरा परं परापादितमहानुभावो ऽतिविततभुवनतलविलासघासः प्रसरो द्विजन्मा चौराभिधानः कल्पितप्रथमयौवनाचलस्थितशोभोत्कर्षवत्या कयाचिद्राजपुत्र्या सह संसारसुखमनुभवन्न किंचिद्वालोकयत् । तस्या राजपुत्र्या बहुतरदिवसोपचितमन्मथविकारमुपलभ्य दुर्जनजनैः प्रकटितमन्मथविकारे सति नृपाज्ञया दण्डनायकपुरुषैरुद्बधनाय बधमभिनीयमानश्चौरः पूर्वानुभूतसुखस्मृतिमभिनयन् अद्यापीत्यादिपञ्चाशद्भिः श्लोकैर्लोकात्मविदानाय स्वकृतिमेव प्रायो गुणभूयस्यं कृतवान् ॥

अद्यापि तां कनकचम्पकदामगौरीं
फुल्लारविन्दवदनां तनुरोमराजीं ।
सुप्तोत्थितां मदनविह्वलसालसाङ्गीं
विद्यां प्रमादगलितामिव चिन्तयामि ॥ १ ॥

26. Quid radices prosunt in cavernis interiturae et cataractae e montibus desilientes? quid arbores succulentos fructus ferentes et corticem praebentes rami? quod hominum vilissimorum, qui ob violentiam omnem pudorem absterserunt, coluntur ora, quorum supercilia, propter exiguas opes iniuria paratas, superbiae vento saltare iubentur.

27. Puris radicibus fructibusque, amoris benevolentia coniunctam, hodie tibi para conditionem, humi lecto e teneris pulchrisque foliis strato: exsurge, eamus in sylvam! Ibi turpium nimirum, ob stultitiam mente captorum, dominorum nunquam audiuntur vociferationes, quae ex opibus, morbis et animi perturbatione exoriuntur.

28. Fructus pro lubitu capiendus; nemus curarum expers arborum; aqua fluminum limpidorum ubique frigida ac suavis; stragulum tactu molle, e foliis suaviter sparsum: quae quum adsint, cur tandem iniuriam tolerant ad divitum portam miseri?

29. Meditatione finita lapidosum in montis spelunca stragulum ingressus equidem cum contemptu et risu recordor illorum praeteritorum temporum, quae auctis quidem a divitiarum Deo efflagitatis opibus misere fruebantur, quae tamen exiguum tantum praebebant menti, rerum terrestrium contemptui nondum adsuetae.

30. Unus colatur Deus, aut Vishnus aut Sivus; unus amicus, rex aut mendicus; unum domicilium, in urbe aut in sylva; una uxor, pulcra aut foramen.

31. Devotorum principes cibum emendicatum praedicant minime infelicem ac tristem, sed videtur ipsis formidinem ubique depellens; malam invidiam, iram et insolentiam infringens; malorum copiam prosternens, ubique et quotidie praesens; et sine ullo labore comparandus; piorum grata lustratio; Sivi hospitaculum non repellens verum sempiternis thesauris impletum.

DE VOLUPTATUM INSTABILITATE.

32. In voluptate aegritudo metuenda est, pro familia humilitas, opibus imminet tyrannus, honori calamitas, fortitudini hostis, pulchritudini

mulier, libris sacris facundus, virtuti pravus homo, corpori mors: omnis res in terra metu coniuncta est, hominum autem devotio non habet quod metuat.

33. Morte invaditur omne natum, senectute pulcherrima corruit iuventus, tranquillitas opum aviditate perit, aequi animi felicitas pulchrarum foeminarum tentationibus turbatur, per homines invidiosos corrumpuntur virtutes, regiones nemorosae serpentibus infestantur, principes a malis reguntur amicis, inconstantia vel ipsae vires divinae irritantur: quid tandem est quod noxam alia re non patiatur?

34. Lakshmîs ubi curis morbisque centenis ac variis hominis salutem eradicat, ibi casus adversi incidunt, apertis quasi portis; natum quemque nolentem volentem celeriter sibi subiicit mors: quod igitur per Fatum, nullo instigatum stimulo, constitutum est, quomodo tandem stabile dici queat?

35. Voluptates ut altarum undarum aestus sunt tremulae, spiritus vitales subito corruentes, exigui sunt dies et iuventutis insuper felicitas in multis versatur laboribus: inanem igitur mundum cognoscentes, experientia edocti, studium vobis cohibeatur mente a mundi favore aliena.

36. Inconstantes sunt voluptates veluti fulgur in magnae nubis sinu corruscans; vita fragilis quemadmodum aquae gutta, quae ex nube vento commota diffrangitur; celeriter vacillant iuventutis gaudia, corporis adminicula perperam reputata: in devotione, quae constante meditationis scopo facile attingitur, sapientiam cognoscite sapientes.

37. Vita ut undarum fluctus transiens; iuventutis felicitas paucis tantum diebus constans; opes cogitationi sunt similes; voluptatis copiae ut fulgur in nubibus collectis emicantes; cum amasiis quibus fruimur gaudiis ex cervicis amplexu et osculatione, haec omnino non manent: mentem igitur ad divina dirigite! horribilis enim existentiae mare est enavigandum.

38. Moleste corporibus occultis in matris uteri impuri medio commorandum est; in iuventute quoque gaudium, per amicae separationem acerrimo dolore coniunctum, interrumpitur; uxoris mortem experta domus laetitia caret; senectutis etiam conditio tristis est: fatemini o mortales, in hoc mundo ne minimum quidem felicitatis exstare.

39. Tigridis instar senectus stat comminans, morbi tanquam hostes cum corpore pugnant; vita destillat veluti e fracto vase aqua: mundus tamen sectatur inania, quod sane mirandum.

40. Fragilis conditionis variae sunt voluptates in quibus hicce mundus vertitur: cur tandem illius caussa, omni adhibito studio, circumerratis o mortales? Mentem, a centenis spei laqueis quietismo liberatam, in proprio ipsius domicilio, ubi desideriorum origo coercetur, cohibete, si consilium nostrum putatis salutiferum.

41. Quicunque homo in quo sapientia commoratur, is Brahmânem, Indrum et reliqua Marutorum genera stramini similia reputat; illius enim voto opes, trimundi imperium et reliqua irritantur; solus hic est insignis et prae ceteris nitet: o bone, momento fluxam, ab illa diversam voluptatem, ne secteris!

DE TEMPORIS VELOCITATE.

42. Delectabilis illa est urbs et summus ille rex multitudine undique stipatus; ad ipsius latus prudens consedet coetus; ibi mulieres sunt lunae orbi similes facie; illic principis vesana cohors, collaudatores et confabulationes: cuius iussu haec omnia memoriae transmittuntur, tempori illi sit laus.

43. Ubi multi erant olim in aliquo domicilio, ibi nunc unus tantum manet; ubi vero singulus et postea plurimi conspiciebantur, in fine nullus erit: sic tempus, noctem diemque veluti talos iaciens, cum Kâlî in terrae alveolo vivis ludit tesseris.

44. Ortu quovis et occasu solis de die in diem vita evanescit; neque a nobis cognoscitur tempus, dum multo laborum onere gravati

continuo occupati sumus, neque oboritur formido videntibus nativitatem iam ex senectute in mortem vergere: stultitia praeditum voluptatis vinum hauriens temulentus quasi est mundus,

45. „Nox illa praeteriit et dies quoque," sic homines frustra cogitantes, inceptos quocunquemodo labores omni studio nihilominus alacriter denuo aggrediuntur: hoc modo infinitis, laudatis modo ac vituperatis, sensuum obiectis per hunc mundum depressi, nos eheu stultitia non erubescimus.

46. Quodsi meditatione, rite facta, Sivi domicilium non attingitur propter mentem in res mundanas defixam, quodsi virtus porro, quae ad coeli portae valvas perducere queat, labore non acquiritur, idem est ac si mulieris uberum et lumborum par in somno non amplecteremur et bipennes tantum essemus ad iuvenile matris nemus scindendum.

47. Scientia, in orbe terrarum honorata, quae altercantium multitudinem refrenat, si obedientiae non adsuescit ipsa; et gloria, quae gladii acie vel elephanti domat cervicem, si ad coelum non perducit; vel denique si succus e teneris amicae labiorum surculis post ortam lunam non bibitur: tunc iuventus, sine fructu eheu praeterita, similis est in casa vacua lampadi.

48. Scientia, quae colitur virtutis signis expers; opes, quae labore non acquiruntur; obedientia porro, si pia adversus parentes mente non insignis est; virgines denique, protensos prae desiderio oculos habentes, si in somno non complexu tenentur: tempus tale aviditate in frusta aliena veluti per corvos nutritur.

49. Nos, quibus liberi adsunt, qui, longo quantumvis tempore circumeant, nobis aliquando similes, senum quoque emortuorum memoriam revocabunt; nos inquam tales sumus ut, de die in diem casibus obnoxii, conditionem adepti simus arboribus in arenosa fluminis ripa crescentibus similem.

50. Aetas centum annorum hominibus destinata est: noctu dimidium transit; alterius vero dimidii pars dimidia infantia et senectute

transigitur; reliquum, morbis et separationis doloribus coniunctum, servitute aliisque teritur: ubi tandem salus erit mortalibus in vita magis inconstante quam aquae fluctu?

51. Per momentum infans et per alterum momentum iuvenis amore gaudens, per momentum opibus destitutus atque per alterum momentum divitiis abundans homo tandem, membris senio adfectis et corpore rugis obducto, histrionis instar, fabula peracta, Yami urbis cortinam ingreditur.

DEVOTI ET PRINCIPIS COLLOQUIUM.

52. Tu quidem rex es, sed nos quoque colimur honore sapientiae a venerato praeceptore profectae; insignis tu es opibus, gloriam nostram vates per regiones divulgant: hoc modo, quum permagnum inter nos utrimque discrimen sit honoris et divitiarum, tu si a nobis aversus es, nos etiam omnino te non petimus.

53. Opibus imperas tu, nos vero eodem modo sermonibus imperamus; tu heros es, indelebilis nostra facultas in praecepto consistit quo gloriosi febrem superbiae exstirpamus; te colunt divites, me autem ad mentis macula abstergenda audiendi cupidi: ad me igitur si tibi non patet aditus, mihi semper abiit ad te veniendi desiderum.

54. Nos hic contenti sumus vestibus corticeis, tu sericis: eadem nostra est tranquillitas et sine discrimine discrimen; pauper etenim erit ille cuius aviditas ingens est, at quis dives, quis egenus qui animo contentus est?

55. Adest fructuum ad edendum satis, dulcis ad bibendum aqua, stragulum in terrae dorso et vestimentorum corticeorum par: neque igitur malorum hominum, quorum sensus omnes propter tenuis copiae veluti mellis potum oberrant, probare possum superbiam.

56. Vescamur emendicato cibo, plagas coelestes amictus instar induamus, dormiamus in telluris iugo: quid faciamus de dominis?

57. Non sumus saltatores, o rex, non comoedi, cantores, non turpes sanniones, neque sumus mulieres, uberum pondere inclinatae: quid nos in aula tua faciamus?

58. A magnanimis quibusdam dominis terra creata olim tenebatur; ab aliis, qui eam devicerant, dono profundebatur straminis instar; alii iam nunc heroes mundis fruuntur quatuordecim: undenam igitur ista hominum superbiae febris, paucarum urbium possessione enata?

59. Undenam tanta principibus aviditas ad hanc terram acquirendam, in qua percipienda centum regibus ne momentum quidem commorari licuit? Ut ipsius partis parte et ex hac vel minima tandem particula fruantur domini, angore trepidantes, summum gaudium concipiunt stolidi.

60. Nonne tota ista luti gleba, aquarum fascia vestita, exigua est? hac tamen regum greges sibi ipsi gratulantes per centena bella fruuntur; quodsi hoc modo vel ii flagrant qui dare possint, quanto magis pauperes miseria afflicti: vae, vae vilibus illis hominibus qui parvam quoque horum suppellectilem efflagitant!

61. Quis tandem ille natus fuit, cuius cranium candidum per Sivum capiti alte impositum, ornamento inserviit? Undenam igitur virorum gravis illa, incomparabilis arrogantiae febris contra homines quosdam modestos, quorum mens humilis ad vitae salutem directa est?

AD MENTEM ALLOCUTIO.

62. Cur variis modis aliorum mentes quotidie colens, o cor, favorem captare studes, aerumnis suis sterilem? Quam ob rem tandem in te ipso contento, lucida rationis gemma insignito, pura mens non tibi nutrit desiderium?

63. Quid frustra oberras o mens? aliquantulum requiescas! quodsi sponte fit semel institutum neque aliter ideo fit, praeteriti haud memor nec futurum curans animadverte hîc voluptates, quam inconsiderate abeant adveniantque.

64. Requiesce a crassis istis ferreïsque sensuum obiectis, confugiens ad bonorum viam, quae omnium malorum lenimentum extempore suppeditare valet; spiritualem adnitere statum; relinque tuam, un-

dae instar vacillantem, agendi rationem, neve amplius inconstantem cole mundi amorem; o cogitatio contenta iam esto!

65. Stultitiam desere et laetitiam quaere per eum qui crescentem in vertice lunam gerit gemmae instar; o mens, prope coelestis fluminis ripam domicilium cura parandum: quae enim fiducia est in undis, aquae bullis, in fulgoribus et mulieribus, in flammis, serpentibus et fluviis praeterlabentibus?

66. O mens, ne semel quidem cum ardore cogitare velis fortunam illam inconstantem, mobili meretricum ioco, a nutu principum obliquo pendenti, similem: pannis involuti per Benaris platearum series, domuum portas intrantes, stipe gaudeamus erogata, quae in pateram manu oblatam cadit.

67. In fronte cantus et facundi poetae; in lateribus mulieres formosae; a tergo blandus armillarum strepitus flabellum tenentium puellarum: quodsi haec adsunt, mundanae voluptatis dulcedinem gustare liceat, sin minus, statim aggredere o mens, meditationem omnes cogitationes absorbentem.

68. Impetratae fortunae, omne desiderium explentes prostent: quid tum? pes cervici hostium sit impositus: quid tum? congregati adsint amici opesque: quid tum? ad mundi interitum perdurent mortalium corpora: quid tum?

69. Veneratio erga Sivum; moriendi et nascendi timor animo insitus; nulla in socios adfectio, neque ex amore enatae animi perturbationes; ab innatis malis liberi, per homines non frequentata silvarum lustra colentes: hoc Vairâgyam est, quid melius hoc et magis optandum?

70. Meditare igitur, o mens, infinitum illud, sempiternum, summum, omnipervadens Brahmum! quid istis vanarum rerum cogitationibus? Illius enim cultori voluptates illae, quas terrae imperium et similia praebent, per miseros tantum homines honoratae videntur.

71. Infernum intras, vadis ad aethera, orbem transsiliens terrarum pervagaris o anime cum levitate: cur oberranti tibi nunquam purum

illud, in te ipso habitans, numen venit in mentem, per quod ad salutem pervenis?

DE REBUS AMBIGUIS.

72. Quid faciendum de libris sacris late divulgatis, Vedis nimirum, Legibus et Purânorum lectionibus, qui in paradisi vico tabernaculum ad habitandum promittunt et opera officiaque ludunt? Unâ neglecta scientia de domicilio in quo animi tranquillitas commoratur, quae tanquam Kâli ignis est, ex huius mundi malorum caesarie continuo cadens: distinctiones illae negotiatorum quasi merces sunt.

73. Quod elephanti, buccis genisque ex urigine fissis ac somnolentia segnes ante portam stant, auro vestiti; quod equi citato cursu incedunt superbi; quod cithara, tibia, cymbalo, tuba et tympano dormiens suscitatur: haec omnia, Indri tametsi pompae similia, a iustitiae Deo exploduntur.

74. Statura incurvata est, incessus vacillans et diffracta dentium series, visus hebetatur, surditas augetur et lingua iam balbutit, sermonem non amplius honorant cognati homines, neque uxor audit: eheu misera hominis decrepita senectus! neque ipse filius illi amicus est.

75. Colorem in capite candidum videntes capillorum et conditionem virorum ex senectute depressa, mulieres longe aufugiunt, talem evitantes veluti Chândâlorum puteum in cuius situla os depositum est.

76. Quamdiu sanum hocce corpus sui compos est, quamdiu senectus ex longinquo manet, quamdiu sensuum vigor intactus, quamdiu vita incolumis; tamdiu pro animi salute magna contentio est facienda sapienti: conflagrata enim domo puteum fodiendi labor quid prodest?

77. Quam ob rem poenitentes ad Gangam habitemus? Colamus vel potius mulieres virtute insignes, modestas; vel etiam exsorbeamus librorum copiam, in variis carminibus nectaris succum praebentem: nescimus quid faciamus inter mortales, quorum vita paucis tantum oculorum nictationibus constat.

78. Difficilis ad moderandum est dominus et veloci equorum mente praediti sunt principes: nos vero, magna spe inducti in supremam dignitatem dirigimus animum, donec senile corpus et caram illam vitam mors aufert. Quae quum ita sint amice, nulla alia salus in terra relinquitur sapientibus quam devotio.

79. Auctoritate diminuta, divitiis interitis, opibus ad inopiam redactis, mortuis cognatis, domesticis dissipatis et iuventute paullatim evanida, illud unicum mente puris convenit ut alicubi domicilium sibi parent inter frutices excavatae speluncae in monte sacro, cuius rupes Gangetica lustrantur aqua.

80. Iucundi sunt lunae radii, iucunda in herboso nemore commoratio, iucunda felicitas in amicorum advenientium consessu, iucunda de carminibus confabulatio, iucunda amicae facies, in qua irâ expressa emicat lacrymae gutta: iucunda haec omnia quum evanuerunt nihil amplius animo sunt.

81. Nihil iucundi est palatium habere pro domicilio, neque cantum et cetera audire, neque magnum bonum voluptati praebet adventus amicorum tanquam vita carorum: etenim boni semper in intimam sylvam se contulerunt, omnia illa caduca reputantes veluti umbram candelae tenerrimam, praetervolantis avis alarum ventulo commotam.

DE SIVI CULTU.

82. Mutabilem hunc trimundum putantibus nobis, o amice, non facile oculorum viam et aurium semitam ingreditur fortis illa et occulta in res terrestres cupido, quae, elephantae feminae similis, furibundi mentis elephanti excitat ardorem, devotionis posti alligatum.

83. Trita sunt animi gaudia, abiit quoque iuventus illa; eheu ipsa corporis officia ad sterilitatem tendunt nisi qualitates dignoscimus. Quid faciendum? Subito nos aggreditur validum tempus finem faciendi cupidus: non alia igitur salutis via manet quam ignotum Sivi pedum par.

84. Inter Sivum, mundorum dominum et Vishnum, internam mundi

animam, ad substantiam non mihi discrimen est: tamen in eum dirigitur veneratio mea, qui novam lunam in vertice gerit.

85. In coelestis fluminis ripam, cuius candida planities per claros lunae radios resplendescit, ubi feliciter consedentes et a voluptate perfruenda lassati, noctibus a strepitu silentibus, o Sive, Sive, Sive! ululamus, quando ibimus, oculorum acie prae multa lacrimarum vi obtusi?

86. Dispersis omnibus opibus, animum tenera misericordia impleti et mundum, ad sterilem vicissitudinis finem iam redactum, enavigantes, quando tandem in sylva sacra noctes, auctumnalis lunae radiis collustratas, transigamus, in Sivi pede unicum refugium ponentes?

87. Quando equidem Varanasiae ad immortalis Gangae ripam habitans, fascia cinctus et manus in caput attollens compositas, exclamabo: ,,o adsis Gaurîs domine! o Tripuri victor! o Sambhu! o Triocule miserere!" tunc dies transigam veluti temporis momentum.

88. Lustramine Gangeticis aquis facto et praestito puris floribus fructibusque sacrificio, simulac te o domine meditor cogitabundus, stragulo in montis cavernae saxo incumbens, animo quietus, fructibus vescens ac praeceptoris monitis gaudens: tunc equidem, o Sive, tua gratia a malo, per iuvenis pisciferi servitium parato, liberabor.

89. Humi stragulum lectus noster, immaculatum cervical brachia praebent protensa, canopeum nostrum coelum, flabellum refrigerans ille Favonius, lampas lucida luna; relictionis tanquam mulieris adfectu gaudens feliciter dormit Munis quietus, nullo corporis respectu habito, regis instar.

90. Solitarius, nil desiderans, quietus, pro patera manum et coelum vestimenti loco habens, quando o Sambhu, opera eradicandi potens ero?

91. Manu paterae loco utere; stipe, candida mente erogata, fruere; ubique locorum consede et omnia veluti straminis cumulum vix adspice: qualiscunque enim mortalis inter devotos, indivisi et summi

numinis scientiam cupientes, a Sivo, etsi corpus non deposuerit, gratiae beatitudine cumulabitur.

DEVOTORUM AGENDI RATIO.

92. Subligaculum in centena frusta discissum et pannus eodem modo laceratus, inopinatus et improvisus cibus emendicatus, somnus in coemeterii luco, ambulatio spontanea nec coacta, mens semper quieta, constantia in magno devotionis festo: quae omnia si adsunt, quid trimundi imperio facias?

93. Humus pro lecto, proprii lacerti pro cervicali, coelum pro canopeo, luna pro lampade; gaudium de quietis, uxoris instar, adepto studio; per coeli plagas, mulierum loco zephyri flabellis undique ventilatus, mendicus humi iacet tanquam rex, omnibus adeo desideriis vacuus.

94. Ovum brahmanicum gleba tantum rotunda est, quomodo desiderium commoveat sapienti? Num pisciculi vibratione oceanus turbatur unquam?

95. Mendicatum cibum edens, ab hominum familiari conventu liber, ex sua voluntante pendens, ab ordinem deponendi et sumendi discrimine liberatus, ex assumentis in via circumiectis, laceratis ac tritis, tribonium male consutum gerens, sine fastu, sine sui ipsius studio et desideria coercendi voluptate, veluti nectare, unice fruens, poenitens quisque versatur.

96. O mater terra, pater vente, amice ignis, consors aqua, frater aether! iste coram vobis supplex et coniunctis manibus precatur, ut equidem, omnis stultitiae copiâ abiecta, flagrante atque immaculata flamma, quae homini bonis operibus purgato ex vestrorum obsequii favore emicat, in summo numine solvar.

97. Quod dulcius quam mel et butyro succulentius menti, ut nectar purae, profluit vocabulum divinum, hoc nos contenti sumus: quamdiu tales erogatae stipes ad ventrem sustentandum parari possunt, tamdiu conditionem, quae in opibus servitute paratis versatur non desideramus.

98. Pabulum innocens et nullo labore parandum ventus per creatorem serpentibus est destinatus et pecora, quae graminis germina edunt atque in pratis dormiunt, per illum quoque nutriuntur: eadem conditio parata est hominibus, mente praeditis mundi oceanum enavigandi patiente; quam si quaerunt conditionem, omnes animi dotes celeriter ad perfectionem proficiscuntur.

99. Verba danti talia reddant qui nugis adsueti sunt! nos vero a fuco immunes verba dare non possumus: insignis potius in mundo scientia distribuatur, neque leporis cornu: quis enim alteri hoc praebeat?

100. Antea sapientia mortalium, mente purorum, in curis alienandis constabat; procedente tempore sensualibus hominibus in captandis sensuum oblectamentis evanuit illa: quodsi iam nunc principes, exiguum tantum orbis terrarum possidentes, homines a libris sacris recedere vident, eheu, magis magisque indiem sapientia illa deprimitur!

SUPPLEMENTUM.

1. Coerceri potest ignis aquâ, solis calor umbellâ, elephas furiosus stimulo acuto, bos et asinus fuste, morbus variorum medicamentorum complexu, carminibus salutiferis venenum: sic omnibus rebus in Sâstris medicina parata, stulto autem non est medicamentum.
2. Poesis et symphoniae partium ignarus similis est pecori cauda et cornibus destituto: nam etsi vivit gramen non edens, illa tamen pecorum conditio ipsi quam maxime convenit.
3. Quibus neque est scientia, nec religio, nec liberalitas, nec sapientia, neque indoles bona, nec virtus, nec iustitia: hi inter homines, vitae onus portantes, sub hominum forma veluti ferae ambulantur.

4. Filius virtuti addictus, coniux carissima, dominus benevola facie praeditus, amicus dilectus, domestici fideles, mens aerumnis vacua, forma venusta, opes constantes, os eruditione ornatum: haec apud Víshnum clementem, coelicolam, optimum, mortalis assequitur.
5. Diviti omnes adsunt sensus, adest officium, sapientia indelebilis et eloquentia; at vero divitiarum calore relictus ille ipse homo statim mutatur, quod sane mirum est.
6. Tu quoque Châtaka, quum guttae hoc modo tibi discernantur, quam ob rem misera voce nostrae nubis beneficium exspectas?
7. Heus tu Châtaka, attenta mente amicum paullisper audias: multae nubes sunt in coelo, at non omnes eodem modo comparatae; aliae etenim pluviâ humectant terram, aliae frustra inclamant, quamcunque tu igitur vides illi statim querelam non effundas.
8. Quid faciamus de auri et argenti montibus, ubi arbores crescunt et arbores tantum? Malayum montem potius colamus; ibi enim adsunt aqua, Koli et Nimbi arbores ac Santalum.
9. Homines opere assequuntur praemium, sapientia opus consequitur, quapropter prudenti et agenti de futuro bene deliberandum est.
10. Quid lucrum est, prae bonorum familiaritate? quidnam malum stultorum consortio maius est? quaenam iactura rerum quae suo tempore cadunt? quid dexteritas significat prae gaudio de officiorum studio? quis heros cum sensus coercente certaret? quid prae uxore fideli opes? quid prae eruditione peregrinandi felicitas? quid tandem imperium cum sapientiae fructu comparatum?
11. Ab austera carentibus oratione et miti sermone affatim praeditis, sua uxore contentis, calumniam devitantibus hominibus ubique ornatur terra.
12. Orbis terrarum, unius vel herois pede calcatus, laetitia commovetur, gloriam expandens veluti per solem
13. Rubedo lotorum, hominum proborum munificentia et malignorum inhumanitas naturae qualitates tres sunt tribus.

14. Pilae cadenti similis cadens vir nobilis exsilit; ignobilis autem labitur ut glebae casus luteae.

15. Non comprehenditur cor mulierum, veluti facies per speculum reflexa, neque cognoscitur indoles, tanquam via in montis vertice aspera; mens ipsarum a sapientibus tremulanti in loti folio guttae adsimulatur: mulier scilicet liana est venenosa, malis tanquam veneni calicibus impleta.

16. Quod sic incedis o infinite, mea caussa hoc unice fit; aper sive Seshus, o domine, nonne mea caussa visibilis factus es? Quod unus ille terram immersam ex aquis dente protulit, hostilis Rahus caput praestans devorat iterumque relinquit.

17. Magnorum hominum in calamitate constantiae defectum videre si forte cupis: desine, desine ab hoc studio, cum mala cura et labore coniuncto! Aequoris quoque montium familia in fine cycli viribus suis erit destituta, neque tamen illam ob caussam oceanus parvi habendus est.

18. Poscit virorum victoriam, aut unguibus aut longo in manibus ense reportatam Fortuna, quae virginis instar gloriatur impetu.

19. Victoria tandem maneat forti qui averso vultu occiditur vel etiam paradisus: gloriam probi utrobique ex robore reportat et bonam sibi memoriam conservat.

20. Quis dicto non audiens est homo, cuius os frusto impletum? Tympanum vero, ore vacuo clamorem facit.

21. Si quando, forte fortuna scilicet, mundus esset sine lotis cur propterea cygnus formae mutationem experiretur tanquam corvus?

22. Venerandi sancti si quando virtutis instructionem praecipiunt, quae sui iuris docent praecepta, ea librorum sacrorum instar quoque habenda sunt.

23. Etsi vacillet terra illa, per testudinem, per immobiles plagae elephantos et per serpentum principem sustentata: natura hominum, mente purorum, non vel in mundi interitu vacillat unquam.

24. Serpente coronato vel serto, cum hoste truculento vel cum amico

versanti mihi, gemmâ ornato vel luto, in floribus iacenti vel in rupe, inter gramina vel inter liberos, eodem modo praetereunt dies quando in sylva sancta o Sive, Sive, Sive! ingemo.

25. Felices illi, qui animi commotionibus vacui, ad praeceptoris pedes gaudentes, mundi studium relinquentes, in Brahmi cognitione soluti, in optimi montis iugo, iuventutem transigunt: sed illi quoque felices, qui amicam, membris ex magni ac tumentis uberum vasculi onere fractam, vespertino tempore continuo amplectentes, in delicato lectulo dormiunt.

COMMENTARIUS

IN

CHAURI CARMEN EROTICUM

ET

BHARTRIHARIS SENTENTIAS.

COMMENTARIUS IN CHAURAPANCHASIKAM.

1. Argumentum carminis indicavimus in praefatione. — Slocus quo Scholiastes commentarium suum auspicatur, sonat: *Difficultatum domino* (Ganeso) *salutato, Ganapas, Râmopâdhyâyi filius, commentarium hunc perspicuum in poema difficile disposuit.* Huic sloco tribusque prioribus carminis distichis versio aderat anglica, manu clariss. *Colebrookii* vel *Lassenii* confecta, quae hoc loco lectionem गणपतिः retinuit, quam metro contrariam in गणपः mutavimus. — Staturam puellae ac colorem (गात्रलावण्यं वर्णोत्कर्षं च Sch.) Chaurus arbori comparat *Micheliae Champaka,* quae in pyramidalem excrescit formam, floribus suaveolentibus, ex candido flavis, in tuliparum modum clausis, praedita (v. *Jonesium* Op. V. p. 128.). Schol. loco ex Mahesvaravaidyi lexico *Visvakosho* probat, गौर् non modo *flavum,* sed *rubrum* quoque et *candidum* significare; prius hoc loco intelligitur (पीताङ्गी), tametsi colorem puellarum candidum saepius quoque collaudent poetae; in *Brahmavaivartapurâno* constans mulieris epitheton est श्वेतचम्पकवर्णाभा ut fol. 24. 27. 30. 40. 106. cet. Eundem lexici versiculum citat *Mallinâthus* ad Kirât. 8, 42.: गौरोऽरुणो सीते पीते igitur ऽकणो in Schol. in ऽरुणो erat corrigendum. Oris suaviter ridentis cum loto expansa comparatio sexcenties in carminibus Indicis recurrit. Vocabulum रोमराजी ad capitis capillum pertinet, εὐπλόκαμος, non ad crines in pube, de quibus vid. *Bhartrih.* Sring. 15. — सुप्तोत्थिता denique attributum languescentis est e somno vix surgentis, hoc loco ex amoris colluctatione gravis puellae (cf. vs. 4.). In Scholl. पर्यस्तापाक्षि ex coniectura scripsimus loco पर्यस्तायाक्षि dubitanter, de accurata verborum interpretatione paullulum haerentes.

2. Imago petita est de luna, quae lunarem lapidem चन्द्रकान्तं radiis penetrat ita ut prae voluptate contremiscat et sudore conspergatur, sive ut *Amarû* in Centuria erotica (vs. 1.) loquitur:

दृष्ट्वा यस्याननेन्दुं भवति वपुरिदं चन्द्रकान्तानुकारि ॥

Huius lapidis, quem Iaspidem suspicatur Careyus, mentionem iniiciunt poetae et ita quidem ut frigus simul ac sudorem semper commemorent cf. *Meghadût.* 72. *Vikramorv.* p. 111. *Mâlatî* p. 15. 43. 128. *Uttararâm.* p. 16. 108. — Foeminarum faciem lunae adsimilare nihil est frequentius omnibus Asiaticis; neque Graecis et Romanis incognita fuit haec imago: *Hymn. in Vener.* 89. ὡς δὲ σελήνη στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσιν ἐλάμπετο, *Musaeus* vs. 55. ibiq. Heinr. *Petronius* Satir. c. 127. *risit tam blandum, ut videretur plenum os extra nubem*

luna proferre. *Nova* sive *iucunda* iuventus, quae habeat pulchritudinis signa, per आद्य h. l. tantum indicantur; in compendium omnia redegit *Amarû* vs. 14. et versiculus in *Sâhitya-darp.* p. 46.:

अत्युन्नतस्तनयुगं नयने सुदीर्घे
वक्रे भ्रुवावतितरां वचनं ततो ऽपि ।
मध्यो ऽधिकं तनुरनूनगुरुर्नितम्बो
मन्दा गतिः किमपि चाद्भुतयौवनायाः ॥

quae in *Chaurap.* postea seorsim laudantur. Ex his statim पीनस्तन adiungit noster, sive *durae stantesque papillae,* quemadmodum Plautus feminam εἰαρόμαστον, turgentibus et sororiantibus papillis conspicuam, *mammeatam amicam* appellat. Facit huc *Philodemi* Epigr. 18, 3.: Κἢν στέρνοις ἔτι κεῖνα τὰ λύγδινα κωνία μαστῶν
Ἕστηκεν μίτρης γυμνὰ περιδρομάδος.

et *Ovid.* Amor. 1, 5, 19.:

Forma papillarum, quam fuit apta premi,
Quam castigato planus sub pectore venter!
Quantum et quale latus, quam iuvenile femur!

3. Pro अद्यौं ubique perperam scriptum est अत्तौं, in Scholiis coniectura correximus इवेटो quum अटो nullum sensum praebere videretur. Apis lotis delectatur, ideoque पद्मबन्धः vocatur, h. l. उन्मत्तवत्, de apibus flores vehementer appetentibus, ut similiter *Nicias* Epig. 7. μέλισσα - ὡραίοις ἄνθεσι μαινομένα in amantem translata figura; per अमृतं osculum et amasii saliva intelligitur, cf. *Amarûsat.* 2. *Epigr.* graec. ἀδεσπ. 55. νέκταρ ἔην τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει. (plura vid. ad *Sring.* 7.)

4. Leviores in Cod. errores ubique iam correxit Lassenius meus, veluti वाहुततां et in Scholl. vocabula quaedam perverse exarata. Idem vir doctiss. in Commentario melius scribi अनंसोढुं असकृद्वद् अङ्गं annotavit; nihil tamen mutavi ubicunque lectio tolerabilis textum aliquomodo explicat. Etenim prius puellae epitheton de iis dicitur quae adeo tritae sunt in Venere ut eam amplius exercere non possint, quod de viris nequitiarum magistri saepe praedicant, *qui duros nequeunt movere lumbos, Catull.* 16, 11. et *Ovid.* Am. 3, 11, 13.:

Vidi, quum foribus lassus prodiret amator,
Invalidum referens emeritumque latus.

Hoc quoque sibi volunt *genae pallidae* et πρόκοτται sive capronae atque anteventuli in fronte confusi, cf. *Ghatak.* 12. पाण्डुगण्डपतितालकान्तो et *Sring.* 26. Per पापं amores furtivos intelligit haud dubie, non vero, quam corde tenere debeat amati memoriam, मत्स्मरणं ut Scholl. supplent.

5. Tres versui insunt comparationes, adspectum puellae, gracilem staturam atque incessum et pudorem, nobilis foeminae decus, simul praedicantes. Est quidem puellae ὄμμα βε-

βαρημένον ὕπνῳ (cf. *Sring.* 60.) sed nihilominus tamen oblique adspicit et stellae fulgorem conservavit, cf. *Kâvyaprak.* p. 36.:

अंतर्द्रचंद्राभरणा समुद्दीपितमन्मथा ।
तारका तरला श्यामा सानन्दं न करोति कं ॥

Schol. Nalod. 2, 50. et *Petron.* Sat. c. 126, p. 603.: *oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus.* Adiectivum तरल de *stellis micantibus* κατ᾽ ἐξοχήν usurpatur: तरलो भासुरे हीरे चंचले ऽपि *Vaijayantîkosha* indicat *Kirâtârj.* 8, 56. coll. *Sring.* vs. 10. Quae omnia quum ita sint, in Comment. कणिनिके corrigendum erat in कनीनिके *duae stellae,* sic enim *Mallinâth.* ad Kirat. 9, 18. ex *Visvo*: कनीनिकायां नक्षत्रे तारकं तारका ॥ Corruptum quoque in scholl. erat वलति वक्री et in वलती वक्रीभू° mutandum; pertinet autem वक्र (i. q. alias कुटिल) ad textus vocem तिर्यक् de adspectu obliquo et furtivo amantum, alias कटाक्ष dicto, qui fit dum pupilla ad oculi angulum reflectitur sive ut *Amari* dicam definitione कटाक्षो ऽपांगदर्शनं namque अपांगौ sunt नेत्रयोरन्तौ । hisce nutibus cor hominum rapere dicitur mulier, cf. *Sâhity. Darp.* p. 353.: दत्वा कटाक्षमेणाक्षी जग्राह हृदयं मम । *Sring.* 2. et saepius. हंसः flamingo est, *phoenicopteros* L., Ibis Indica, cuius pulcherrimae speciei राजहंसः mulier gratiose incedens saepissime adsimilatur.

6. Oculos longiores Indis in laudem esse omnes norunt, cuius rei exempla sat multa in carminibus eroticis leguntur. महाविश्लेष in Comment. vocabulum antecedens explicat, Lassenius uncis inclusit hoc modo (मद्धि-?), quae literae in Cod. si forte exstant, दीर्घ a Schol. male praetermissum est. Pro भारतो गौरवं vero scripsi भारो गौरवं cf. insuper Schol. v. 7.

7. Vox सूत्रधारः e re scenica desumpta, illum denotat qui fabulam annuntiat et prologum recitat, h. l. primam saltatricem (cf. vs. 20.) et translate quidem illam quae gaudii choream ducit, mulierem igitur praecipuam. मद secundum Schol. vel मत्तता *ebrietas* est vel हर्ष *gaudium,* quod ultimum praetulimus, cf. tamen vs. 9. Pro स्तन in Cod. सम exstat, quod nec metrum admittit nec sensus, omne dubium praeterea tollunt Scholl. — व्यालोल denique ad कामं विपरीतं pertinet de quo vid. ad vs. 12.

8. Iam sese ad ea convertit Chaurus quae pulchrum amicae corpus ornabant, inprimis unguenta, quibus non capillos tantum et membra saturare solebant Indi delicatuli verum lectulos etiam inungere rebus odoriferis, cf. *Brahmavaiv. pur.* fol. 40.:

भुक्त्वा पीत्वा च संतुष्टा शयनं च चकार सा ।
तल्पे मनोरमे तत्र पुष्पचंदनचर्चिते ॥

cui adde *Proverb.* 7, 17. et *Catullum* 6, 7. *cubile, sertis ac Syrio fragrans olivo. Moschum,* कस्तूरिका unde *castor,* ex Kasmir repetebant Indi, *Santalum* e montibus Malabaricis. Suavis admodum in secundo hemistichio comparatio legitur oculorum cum avibus sese osculantibus, ad mobilitatem et nictationem referenda. खंजरीट *motacilla* proprie est (*the wag-*

tam), sed eadem hoc loco sententia adhibetur qua perdix चकोर *Sring.* 71. et *columba* in *Cantic. Canticor.* 4, 1.

9. Pro रक्तां *rubicundam* = लोहितमुखीं aliam lectionem proponit Schol. आसक्तां (rescribe सक्तां ob metrum) h. e. *vino deditam*, quae ut Lassenius monuit reiicienda videtur: neque enim vinosam puellam laudare solent poetae sed eam duntaxat quae in voluptatibus tantum amatoriis potu sese exhilarat, cf. *Kiráṭ.* 9, 41. seq., qua de re *Ovidius* (A. A. 3, 763.) puellam monet ne tantum bibat: *qua patiens caput sit, animusque pedesque constent.* मधु *vinum* interdum est, frequentius tamen οἰνόμελι sive mulsum ex vino et melle mistum, saepius potus quoque inebrians ex florum succo paratus, ut Schol. adducta *Amari* (p. 320.) auctoritate testatur. Idem लीला ex Amaro per हेलां explicat, quo [illegible] puella virumque variis illecebris, facete dictis et iocis pellicit; observatur tamen inter utrumque vocabulum discrimen, vid. ad *Sring.* 1. ubi integrum lexici versum adduximus. काश्मीर omne id est quod ex regione Kasmir advehitur, ut *moschus, costus speciosus*, h. l. कुङ्कुम *crocus*, quo capillos tinxisse Indos veteres iam tradiderunt: *Indis*, Solinus refert, *omnibus promissa caesaries, non sine fuco caerulei aut crocei coloris.* Neque tales [illegible] Romanis incogniti erant, unde *Petronius* fragm. p. 607. *cedit crinibus aurum* (ubi vid. *Burmannum*) et *Ovidius* de Ariadne: *croceas irreligata comas* qua de re Interprett. consule ad *Ovid.* Amor. 1, 14. A. A. 3, 163. et *Junium* de coma p. 555. et de iis quae ad mundum muliebrem in universum pertinent, *Plauti* Aulular. 3, 5. — गन्धः *fragrantia* speciatim de Santalo venit, मृगनाभिः *moschus* est et कर्पूर *camphora* cuius succus in Betele conficienda adhibetur. Vocabuli पूग significatio *copia*, ex *Amaro* (p. 294.) indicata aptissima est, maluimus tamen de *nuce Areca* intelligere ut Schol. et *Sringar.* 48. Ceterum vid. Indiam nostram II. p. 173.

10. Plenam et immaculatam puellae faciem describit poeta ita ut attributa omnia ad वदनं referantur. कनकगौर *color aureus* crocus est, ut *Viswakosha* docet et ad अंगरागं pertinet, quod hoc loco non simpliciter fucum sed signum frontale तिलकं [illegible] significat. *Sudorem* in facie amantium poetae Indici saepissime commemorant (cf. *Sring.* 26. 33.), quod ex nostra quidem sentiendi ratione satis putidum est, neque tamen eleganti ceteroquin Tassoni insuetum, cf. Hierosolym. 16, 18.:

e'l suo infiammato viso
Fan biancheggiando i bei sudor più vivo.

iucunda enim putantur in formosis quae alioquin defoedant, ut aït *Bhâravis.* Kirat. 7, 5. रम्याणां विकृतिरपि श्रियं तनोति ॥ Quae ultimo loco additur comparatio de luna desumpta est post eclipsin (उपराग) libera, qua de re vid. ad *Nîti* 27.: Docet igitur puellam post labores iucundiorem sed paullo languescentem praebere faciem ut post interlunium lunam.

Ludit eodem modo *Macedonius* Epigr. 5. ubi *σύνοδος* ad concubitum et *αὐξοσέληνον* ad ad faciem puellae refertur, neque vero cum clariss. Jacobsio ad opulentiorem illius conditionem.

11. Difficillimus omnino versus ob corruptelas quasdam in textu forsan et in scholiis omnino latentes. Primum enim जुतवति Locativ. partic. praesentis *ter* scriptum est, quam vocem, quum nulli adscribenda sit radici, coniectura in ज्युतवति *abienti* commutavimus; simplicior fortassis coniectura चुतवति *sternutanti* fuisset, praesertim propter solitam huius librarii inter ज et च confusionem, dummodo significatio *ingemere, susurrare* vel simile aliquid in themate hocce lateat. E Scholl. verum elici haud potuit, quia त्रिंकां कुर्वति eadem corruptela laborat, neque vocabulum invenitur commode substituendum; त्त्रिपूं tamen suspicamur. Hoc unicum in aprico est poetam puellae valedixisse propter rixam amatoriam iratum. Quae autem Schol. addit ad sensum uberius indicandum, ulceribus quoque laborant, legitur enim कसनन्द - नेद्भन्द्रं - ग्रवेधव्य et कर्णपाशातियिं quae omnia corrupta videntur et mihi certe obscura sunt. Varians lectio ग्रनालयन्त्या *tacenti,* qua distichon claudere debet, ferri potest.

12. Faciem denuo delineat poeta, qualem puella inter nocturnas voluptates praebuit eas, quas *contrarias* appellant, ubi scilicet foemina partes in concubitu petit superiores, cf. *Amarûs.* vs. 5. *Benary* ad Nalod. 2, 60. *Stenzler* ad Brahmav. p. 36. Schol. hanc ad rem distichon adduxit in Mst. omnino corruptum, legitur enim इत्थं सुरमर्दसमुभत et in fine कुर्वीत पुरुषैतं Slocum correximus ex coniectura ita ut sensus sit: *quae hoc modo ex concubitus frictione enascitur lassitudo, ubi puella amatûm sub se deprimit, ea viris iucunda est;* कृतार्थः igitur idem exprimit quod उपरिष्टा नारी in versiculo quem excitavit *Lassenius* Pentapot. p. 88. Reliqua in scholl. faciliora sunt et textum apprime explicant, neque enim de vocabulo घृट् dubium relinquitur ullum, quanquam in lexicis hac significatione (चिह्नित) non legatur. In textu si modo recte descripsi, *Chezyus* घृटे corrigi iubet contra metrum, fortasse घृष्टि voluit Abstractum, quod de *Santali pulvere* in Scholl. vs. 15. legitur. Ad hunc nostrum versum Scholia corrupta sunt, habent enim घृट् et घृटो quorum ultimum vocabulum magis sane arridet, quum sit *pluvia conspersus.* Possis fortasse कनक hoc loco (coll. vs. 10.) de floribus eorumque polline intelligere quos in auribus gestare solitas Indicas mulieres scimus (vid. *Bartholinum* de inauribus Veterum p. 69.), substituimus tamen in aureis ornamentis utpote frequentioribus. Dependebant ex his margaritae et lapides pretiosi, ut rubinus, पद्मराग apud *Amarûm* vs. 25. in Satac.

13. Quatuor sunt quae in amica laudat Chaurus: nutus amabiles, dein membrorum tremorem, pulchras porro papillas, strophio sive fascia, qua virginalis papillarum tumor cohibetur, per pugnam amatoriam relaxata (vid. de *ταινίῃ μαστῶν* *Mayum* in Observatt. sacris III, 3.) et labia denique vulneribus ex osculatione insignita. Multi sunt poetae, Indici non modo

sed Graeci quoque et Romani in hisce amantium morsiunculis commemorandis: *Lucret.* 4, 1104. *pressantes dentibus ora. Ovid.* Amor. 3, 14, 33.:

Cur plusquam somno turbatos esse capillos
Collaque conspicio dentis habere notam.

Vid. Interpp. ad *Horat.* 1, 13, 12. *Tibullum* 1, 6, 14. *Propert.* 4, 3, 25. *Catullum* 8, 16. 68, 127. et *Scioppium* in Lus. p. 92. Omnem nugarum scenam in compendium misit *Plaut.* Pseudol. 1, 1, 62.:

Jocus, ludus, sermo, suavis suaviatio,
Compressiones artae amantum comparum,
Teneris labellis molles morsiunculae,
Papillarum horridularum oppressiunculae.

Hac in re *Bharavis* Kirat. 9, 49. queritur Amorem vel in gaudiis saevum esse quum tamen glorietur lenitate, nam unguium fissuris amplexus esse coniunctos et oscula dentium morsiunculis tantum infigi:

आदृता नखपदैः परिरंभाश्
चुंबितानि घनदन्तनिपातैः ।
सौकुमार्यगुणसंभृतकीर्तिर्
वाम एव सुरतेष्वपि कामः ॥

coll. *Ritusanh.* 4, 6. दशनाग्रभिन्नान् अधरान् et 4, 12. In scholl. multa erant corrigenda, quae Lassenius iam obelo notaverat et ita quidem comparata ut verum facile esset indagatu.

14. Comparatio manuum cum Asoci surculis ad digitos pertinet, qui rubro tincti huius floris calici similes fiunt, ac si dicas ῥοδοδάκτυλος; cum flore purpureo Kuruvaka comparat *Kâlidâs. Vikramor.* p. 25.: अग्रे स्त्रीनखपाटलं कुरवकं श्यामं । Arabes cum uvis; exempla praebet *Hariri* consess. II. p. 25. Plura collegit *Böttiger* in Sabina I. p. 316. 320. *Asocus* (Jonesia Asoca) frutex purpureos et suaveolentes flores producit, adspectu admodum iucundos: *the vegetable world scarce exhibits a richer sight, than an Asokatree in full bloom* verba *Jonesii* sunt in Operib. V. p. 113. — In secundo hemistichio उच्छ्वसित scribit Codex, Scholia autem bis उड्डसित utraque vox incognita, quarum posterior metrum insuper violat; Commentarius per पुलकित *gaudens,* a capillorum prae gaudio horripilatione (पुलकः) desumptum explicat, ita ut उडसित possis suspicari, attamen उच्छ्वस् *suspirare* sed proprie *efflorescere* magis convenit, cf. *Vikramorv.* p. 66.: नोच्छ्वसति तपनकिरणैश्चन्द्रस्येवांशुभिः कुमुदं ॥ Slocus quem Schol. ad rei illustrationem attulit vitiis laborat et cum lexici Visvi hemistichio conflatus in Mst. cum Lassenii notulis hoc modo sonat: विकसितकपोलां तमुफुल्ललोचनं (sic) यत् किंचिद् विन्ने (sic) तदन्ताग्रं हसितं स्मितं विदुभिन्निः कुमे (?) प्रदेशे च । संविभागावकाशयोर् ॥ Error scribarum inde enatus est, quod विदु interstitium significat inter frontis elephantinae protuberantia (भिन्निः); sed novum ab hac voce incipere debet enuntiatum, igitur कुंभे quod

fortasse melius cum vocabulo sequente coniungeretur, emendavimus, quia कुम्भप्रदेश de elephanti genis saepius legitur. Qua emendatione facta विदुः verbum erit et विज्ञाः legendum, hoc sensu: homines peritos iam ex signis externis gaudium animi posse cognoscere. प्रहसितं metri caussa scripsi, mallem tamen उच्छ्वसितं ni longius abiret a literis scriptis. यो भवति quae cum plurali antecedente non concordant in pluralem convertimus.

15. In iisdem fere descriptionibus pergit et primum corporis amicae meminit unguibus scissi ut fit in pugna Venerea; dein gestum pudibundae indicat puellae quae surgens pallium manu tenuit ne conspiceretur nuda. Ad magnam difficultatem evitandam vocabulum न्यस्तं transposuimus, legitur enim in Cod. न्यस्तं स्मरामि नखरक्षतलक्ष तस्याः quam quidem correctionem, quum लक्षं metrum prohibeat, unusquisque spero necessariam putabit; alioquin certe लक्षितायाः scribendum. Ad compositum कनकरेणु, quod Santali nomen est (ut vs. 10. croci) explicandum Schol. regulam *Vâmanajayâdityi* adducit, qui commentarium *Kâsikâvritti* nominatum in Paninim composuit; scilicet compositum illud non Dvandvum est, sed इव supplendum, ut *Mallinâthus* docet eadem regula utens ad Kirât. 7, 28. et 9, 78. ubi बिंबाधराः explicat: बिंबतुल्या अधराः शाकपार्थिवादित्वाद् मध्यमपदलोपिसमानाधिकरणासमासः ॥ In scholiis multa erant emendanda levioris momenti. Locus e lexico *Vocabulorum oceano* fortasse desumptus est, alias शब्दार्णवः nominato (*Colebr.* praefat. ad Amar. p. 9. Nol.), a Mallinâtho ad Kirât. saepius citato.

16. Ornatum puellae commemorat: stibium, florum serta in capite (vid. *Sring.* 24.), dentium nitorem e Betele rubicundum (*Sring.* 12.) et armillas (*Sring.* vs. 8.). कज्जल sive अंजन collyrium oculorum est, ex plantarum quarundam succo (*Lichen roccella* L. vid. *Böttiger* Sabin. I. p. 52. et *Beckmann* Erfind. I. p. 338.) et minerali, (galena fossulata) quod in India maxime reperitur, praeparatum, unde nominibus Asiaticis ad Graecos Romanosque transiit. Etenim ψιμύθιον, στίμμι *stibium* et *Antimonium* ex اثمد corruptum esse iam *Melus* vidit (Bibliothec. Bremens. VIII. p. 796.); Arabes et Hebraei *Kohol* كحل appellant unde κόλλυριον descendit (vid. *Grand* de stibio, in Mus. Hagan. III. p. 175.) et in genere פּוּךְ unde πυκάζειν et *fucus*. Hoc oculos et palpebras illinunt mulieres Asiaticae ut languidiores videantur, unde *supercilia de pyxide proferre* dicit *Petron.* c. 110. p. 505. coll. *Artemidorus* Oneiroc. 1, 27. de mulieribus: αὗται γὰρ ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας, quem morem Veteribus apprime notum ad vividum depingit quoque Iuvenalis Sat. II. v. 93. sqq.

Ille supercilium madidae fuligine tactum
Obliqua producit acu pingitque trementes
Attollens oculos.

Vocabulum in Cod. श्राधत, in Schol. श्राघत, श्राधत et परिधत scriptum, ubique produximus, idque metri caussa.

17. Vinculum comae hoc versu memoratum taenia est de qua vid. Sring. vs. 26. Ceterum distichon facillimum est et librariorum quae in textu deprehendebantur sphalmata e commentario facile erant sananda.

18. Regiam domum, ubi virginem nobilem compresserat, describit, lampadibus undique resplendentem, quae quidem in serti speciem erant dispositae, in formam fortasse peculiarem nobis ignotam quemadmodum Chronica de templo Sumnâthi narrant, radiatione adamantum, qui in candelis apte collocati erant, illuminato. Locum dedit *Wilken* histor. Gasnevidar. p. 212. not. — Insolitum vocabulum मयूप nolui in मयूख mutare etsi in nullo lexico illud invenitur. Scholl. in Cod. maximopere corrupta erant, in secundo praesertim hemistichio, ubi maioris momenti est शुभ्राढ्यं a nobis in शब्देभ्य: mutatum, sermone scil. fraudulento utebatur puella, quum diceret: iam mihi somnus supervenit; ita tertium membrum unicum quasi attributum praebet, ut Schol. solita formula कथं भूतां तां bene indicat. In textu praeter alia minora calami vitia corrigendum erat संमुखदर्शनोत्स्यां in उत्यां pro उत्थितां ut in schol.

19. Corruptelas quantum fieri potuit sanare studuimus, neque tamen attinet omnes referre. Offendit quam maxime लचोकुरंग° metro contrarium, लच्छ् *distinguere* in prima compositi sede stare nequit, tentavimus igitur लज्ज्ञीं tanquam novum puellae attributum, quod facile in Scholl. praetermitti potuit non item si vocabuli compositi pars fuisset. Schol. mutilata कुरंगनयनां नयने कुरंगत रंगस्य स्वनयने यस्या: rei accommodavimus: mulierum oculos cum dorcadum per totum Orientem comparari, idque ob pulchritudinem et magnitudinem, ut Arabes docent (ويشبه عيون النسا بعيون بقر الوحش في حسنها وسعتها) non est quod probemus exemplis. Pro निक्रतस्य legendum esse निधुवनस्य *Lassenius* iam observavit, ea vero quae sequuntur एकपात्रां घोत्ताधारंभूरता तां molestiam creant haud mediocrem, violant enim regulam, quae statim additur, पात्रं in huiusmodi compositione genus non mutare (cf. similem observationem vs. 39.) neque commonstrant quid per पात्रं h. l. sit intelligendum: nos *labiis iucundam* in vocabulis corruptis latere suspicati sumus. Sequuntur dein: पुन: कथं भूतां तां श्रावहोधा एयान्तीं कीं quae sensu prorsus carent; responsum est श्रवहन्तीं et nova interrogatio किं, sed quaenam vox in literis relictis intermediis lateat, non extrico. Post श्राभरणं तत् vocabulum नमुतत् eiecimus.

20. क्षितितल hoc loco planities est in qua saltabant puellae, quas omnes superasse dicit amatam membrorum subtilitate ac suavitate, cf. 7., de choreis ipsis रेखा *linea* venit. Deus *Kâmas* quinque floribus tanquam telis repraesentatur, unde कुसुमायुध: पंचशर: similibusque nominibus vocatur cf. Anthol. graec. IV. p. 118.:

Φεύγετε τοξοφόρον τοῦτον τὸν Ἔρωτα· τιτρώσκει,
Καὶ τούτου περάει σώματα πάντα βέλη.

21. Singulari utitur comparatione Chaurus: puellam incessisse ac si veste madida fuerit in vo-

luta, ex saltatione forsan lassata; लग्न de incessu quoque usurpatur cf. Schol. Nalod. 4,9.— प्रौढप्रताप: ut ubique pro प्रौघ legendum, Amoris epitheton in Scholl. de vigore et potentia explicatur. Multae omnino in hoc disticho corrigendae erant librarii hallucinationes sed metri et commentarii ope facile exstirpandae.

22. Versus ad lectionem in toto carmine facile vexatissimus; tertium enim in Cod. membrum hoc modo sonat: हंहो ऽत्र वियोगवह्नि: सु° cuius vocabulum वियोगवह्नि: scholia tuentur repugnante tamen metro. Mensura requiritur – – ⏑ | – ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ | – – ad quam restituendam multa tentavimus, v.c. हहो ut scholia scripserunt, तद्विरहाग्नि: - विरहानल: - वह्नि: - विश्लेषवह्नि:, inseruimus मया aliaque, in quibus tamen omnibus nulla medela inveniebatur. Vocabulum in Comment. मया indicat *separationis ignem* non ad puellam pertinere et hanc quidem ob caussam मे suspicati sumus; वह्नि: nullo modo potuit retineri, *dolorem* tamen simul exprimit विरह: cui स praemisimus, ab acutioribus ceterum criticis meliora exspectantes. Posses etiam मे तदनल: proponere, sed dubia heic sunt omnia. In scholiis mutilata erant haud pauca, in quibus restituendis feliciores nos fuisse speramus: vocabulum शिरोचपुव्यकोमल° mutavimus in शिरीषपुष्पकोमल° *corpore veluti Sirisha flos tenera* cf. *Kirât.* 4,36. शिरीषकोमल *Sâhityad.* p. 68. शिरीषमृद्वी सीता *Mâlatî* p. 85. 162. शिरीषपुष्पाधिकसौकुमार्य: *Raghuv.* 18,44. rell. Vocabula न शधचते नापार्यते corrigenda erant in न शक्यते न पार्यते ut in Schol. vs. 31., विधाचाद्य in विधात्रा अद्य et sic in reliquis minoribus.

23. Commentarius कुसुमायुध ad ultimum membrum retulit, melius si quid sentio, ad voluptatis templum pertinet, in quo puella regnat Dei Amoris instar (cf. Sring. vs. 16.). Vocabulum मन्दिर *templum, palatium,* originem dedit latino *Mandra.*

24. Sermonem confusum puellae laudat Chaurus, ut simili modo poeta in Dasarûpako, a Visvanâtho citatus in *Sâhityad.* p. 71.; cuius versionem vid. apud *Wilson.* theatr. Indic. p. 52. Edit. german.:

सार्थकानर्थकपदं ब्रुवती मन्थराक्षरं ।
नीद्रार्डमीलिताक्षी सा विलिखितास्ति मे हृदि ॥

Levioris momenti sunt correctiones a nobis factae.

25. शस्त necessario ad vocabulum proxime sequens referendum est, Schol. ad अंशुककेशपाश construxit. Rem ipsam non bene capio, nisi अंशुक de capitis velamento intelligas, quod una cum capillitio noctu decidere fingunt poetae, vid. *Sring.* 26. Dualis in Schol. ad cirrum fortasse geminum, *περιςρεμμένον καὶ τετημελημένον*, pertinet, quum unus tantum nodus, एकवेणी mulierem lugentem indicet.

26. शावक pro शायिक dedimus e Scholl.; in his deinde scriptum erat स्वर्गापर्गौ quod ex loco *Amari* p. 29., ubi tamen मोक्षोऽपवर्ग: tantum legitur, in स्वर्गापवर्गौ facile erat corrigendum, neque tamen, ut videri possit, in textum recipiendum. *Papillas* lacte veluti nectare impletas

18*

denuo laudat noster vs. 46. cf. *Amarû* vs. 42.: लावण्यवारिपरिपूरितशातकुंभकुम्भौ । *Sosipater* Epigr. 3.:

Καὶ μαζοὶ γλαγόεντες, ἐΰζυγες, ἱμερόεντες,
Εὐφυέες, πάσης τερπνότεροι κάλυκος.

Anthol. latin. 3,219.: *conde papillas, conde gemipomas, compresso lacte quae modo pullulant.*

27. Pro करोमि in scholl. est वरामि *quid eligam,* quod quum glossa forsan sit, in textum noluimus recipere etsi magis haesitationi convenit. Prioris hemistichii sensus pendet a verbo वलति in Comment. बलति scripto, वल् autem *tegere, circumdare* et *adhaerere* significat, ut *Nalod.* 3,5. ubi cum Locat. construitur; Schol. प्रकाशयति *celebrat.* Excusat nempe poeta, quod puellam laudans, in versu antecedente Deos neglexerit. Hunc sensum indicantia Commentarii verba in Cod. corrupta erant hoc modo: हे धीराः भहि मम शक्यं इह तद्दोपविस्मरणं मकनिन्द्यं चनकर्णियामान् यन्ननकृत° Nos vera suboluisse speramus et iam nunc haec sunt: *o intelligentes, non sane potest mea talis Deorum oblivio vituperari, neque etiam evitandum vituperium ab aliis hominibus profectum, propterea quod vos omnia iam intelligitis.*

28. Dolorem commemorat poeta quem conceperit puella de supplicio amati iuvenis certior facta. In Cod. versus vigesimus septimus ad haecce scholia repetitus erat, ex quibus tamen distichon nostrum facili negotio restitui potuit, id quod fecere *Lassenius* et *Chezyus,* qui तां मे गतिं प्रति et particulam तु coniectura proposuit: nos intacta reliquimus omnia, quia sane aliud quidquam substitui haud potest. Pro वचनं in fine Schol. scripsimus श्रवनतं.

29. Sententia satis perspicua est et illis Bhartriharis (*Sring.* 74. 82.) mulieres nil nisi venenum esse, contraria. In Schol. emendavimus minora librarii sphalmata et प्राणावनिकर्त्रीं *terram natalem parantem* legimus loco: प्राणावलीं वनकत्री ॥

30. Distichi, quod in ore puellae laudando unice vertitur, structuram bene indicant Scholia, in quibus correximus ज्ञातोविधे यक्ष्मिनीति in ज्ञातिविधे यस्मिन् इति et कामपली ut vs. 32. denuo scriptum in कामपति ut alias रतिपतिः vocatur Amor.

31. Magna misericordia commotam fuisse puellam praedicat, tunc quando vinctus abduceretur per homines gynaeceum curantes, quos Yami servis inexorabilibus adsimilat poeta. Scholia iisdem vocabulis ut versu 22 vitiata in integrum restituimus.

32. In textu ante लावण्य° litera ग redundabat atque in fine scriptum विलोकतायत in विलोक्यते यत् mutavimus, quod Schol. praebent, nisi quod येन perperam pro यन्न exaratum ibi est.

33. Initium scholiorum mihi suspectum est et ex vs. 8. videtur repetitum quum de lectulo heic non agatur. Secundi hemistichii corruptelam मन्योमत्तनलयौवन° iam sustulerat commentario duce *Chezyus.* Slocus in Scholiis ex Bhagavadgita desumptus, exstat 8,6. De स्थिराशो in fine dubito, possis coniicere स्थिररसो, aut, quod praetulerim, स्थिरसारो.

34. Sensus est: dolorem commovet mihi absenti quando apes circumsusurrant virgines quod ipse ad amicam pervenire non possim; scilicet apium copia os puellarum osculari gestit, lotum putans (cf. vs. 3.), dum illae lacertos fruticis surculo similes teneros movent et armillas concutiunt. Eadem imagine *Bharavis* (Kirât. 8, 5.):

तनूरलक्तारुणपाणिपल्लवाः
स्फुरन्नखांशूत्करमंजरीभृतः ।
विलासिनीबाहुलतावनालयो
विलेपनामोदहृताः सिषेविरे ॥

unguentorum odore captae sylvae apes sequebantur puellas, teneros, lacco rubros manuum surculos habentes; quae unguium vestigiis veluti Manjaris striatae erant, brachiis ceu lianis ornatae. Neque Veteribus insolitum apes in os amasii volare ut inde mel ebibant, cf. *Meleager* Epigr. 108.:

Ἀνθοδίαιτε μέλισσα, τί μοι χροὸς Ἡλιοδώρας
Ψαύεις; κ. τ. λ.

et *Strato* Epigr. 88.:

Βουποίητε μέλισσα, πόθεν μέλι τουμὸν ἰδοῦσα
Παιδὸς ἐφ᾽ ὑαλέην ὄψιν ὑπερπέτασαι;

भ्रम् *errare, circumstrepere* verbum proprium de apibus, unde ipsa भ्रमरः vocatur, non per ὀνοματοποΐαν ut βομβύλιος παρὰ τοῦ βόμβειν, द्विरेफ nomen a forma duplicis literae Rephae traxit eadem: द्वौ रेफौ वर्णविशेषौ येषां ते द्विरेफाः *Mallinâth.* ad Kirat. 8, 11. De vocabulo लम्पट *lingens* quo scholia utuntur vid. ad Bhartrih. *Vairâg.* 67., sic षिड्ग *lambens* (ut leg. Schol. Nalod. 2,3.) aliud apis nomen est. Ceterum magnam creavit molestiam घुणोधिशब्दो et postea घुणा in scholiis, ad धाने ut in Cod. ultimum versus membrum incipit, aperte pertinens. Posses quidem धाने illud de *morte* sumere (cf. अन्तर्धा, निधनं etc.) et in scholiis घाते *in excidio,* घोरे *in horrore,* घासे *in planitie* vel similem vocem divinare, nam घुणा *termes, insectum,* quam alienum sit ab hac sententia, quilibet ipse videt. Omnino falsi autem sumus cum घ्राणे vocabulum substitueremus ita ut Chaurus diceret: se iam amicam cogitare simili fragrantia oborta; etenim unica vera lectio ad quam Schol. घु०शब्दो nunc demum nos ducit घूर्णो est, hanc in versione sumus secuti, itemque in textu et scholiis (घूर्णादिशब्दो lin. 1. केषां घूर्णो lin. 4.) restituere suademus.

35. Cohaeret versus cum antecedente, nam et ipse poeta olim tanquam apis ex amasii facie mel suxit et ebrius puellae mammas vulneravit, quemadmodum puella amatum lacerat ebria *Amarûsat.* 15. दृष्ट्वा करक्षतं मधुमदक्षीबा vid. supra vs. 13. *Nalod.* 2, 58. Unam in Commentario obscuritatem लक्षितृ लक्षणे हृता या tollere studuimus legentes लक्षिता लक्षणैर्हृष्टाया: *insignita signis iisque gaudens puella;* primum vocabulum उद्भिन्न explicat, quod de plantis germina agentibus dicitur, verbum हृष् autem vix abesse poterat, quia horripilatio Indis

signum est gaudii, *Hemachandrus* ad Kirât. 12, 41.: रोमांचः कण्टको रोमविकारो रोमहर्षणं et *Trikândaseshas* cit. ad Sisupal. 1, 74.: रोमोद्भेदस्तु पुलकं त्वक्पुष्पं तु त्वगंकुरं.

36. In scholl. erat मुंचामि sed male, id quod vocabulum quod statim additur मुखकमल docet. अह्न गृहाण in iisdem possis quidem in प्राणान् गृहाण mutare, ut legitur *Gitagov.* 7, 9, 3. simplicius tamen est अह्नाय *statim.*

37. In verbis singulis nihil erat mutandum sed de sensu accuratiore non omnino liquet. Videtur tamen versus cum antecedente coniungendus poetae consilium amicam deserendi exprimere, (ut vs. 11.) ita ut dicat: quum amata ad preces meas non responderet taedio adfectus sum in pulcherrimo ipsius domicilio ubi chori fiebant et παρϑενεῖα cantabantur.

38. Dicit poeta se nescire utrum Dea sit illa an ad hominum animos conturbandos creata mulier. ईशपत्नी uxor Isi. sive Mahadevi est, scilicet *Pârvati;* शापागता *Urvasí* illa est Apsaras quae Arjunum, Indri iussu adiens, exsecratione punivit ut episodium a clariss. *Boppio* editum narrat, ad quam fabulam ipso virginis coelestis cognomine respicere videtur Chaurus. Particulam वा metri gratia in fine addidimus.

39. Sensus est: illum demum qui aliam huic puellae similem invenerit, ipsius pulchritudinem describere posse; non autem exstare similem, igitur non posse depingi. In Scholl. ज्ञापयितुं corrigendum erat in ज्ञापयितुं *notum facere;* अपृष्ट° potest quidem ferri, sed iam praefero cum Commentario legere अदृष्ट° *cui similis non est visa, cui nulla similis.* Vocabulum परिग्रह masculini generis est, neque hoc mutatur voce ad *familiam* et *uxorem* relata.

40. Terminatio आद्यां ut vs. 2. explicanda de iis quae tacet poeta, pulchritudinis notis. Vocabulum श्यामां significatione cepimus vulgari, denotat praeterea *puellam suaviter loquentem, sedecim annos natam* et *virginem intactam* ut sloco, ex Lexico aliquo fortasse desumpto, probat Scholiastes.

41. Attributa omnia ad os redeunt. De luna auctumnali serenissima vid. ad. *Vairâg.* 86. Viros devotos amori resistere non posse saepe gloriantur poetae ad suos ipsorum excusandos amores, cf. *Bhartr. Sring.* 65. et de sylvis amoenis similiter *Kâlidâs.* Ritusanh. 6, 23.: चित्तं मुनेरपि हरन्ति निरस्तरागं प्रायेण रागमलिनानि मनांसि पुंसां ॥

42. Pergit in ore puellae describendo illudque vocat, a lacu desumpta metaphora: *lotorum polline,* hoc est fuco et collyrio, *amoris aqua,* h. e. saliva, et *gaudiis* omnino plenum. Ad aquam proxime pertinet मकरध्वजतापहारि pro quo ter in scholiis कारि scriptum est; potest quidem ex mente Indorum dici: lacum lotis venustum *ardorem accendere,* at quum Schol. शमन inserat, et ibi sane कारि addendum, lectio textus est praeferenda, namque saliva cupidinem quasi exstinguit et aufert. In ultima distichi linea निरातं quo metrum violatur, exstabat, in Commentario नियतं eadem confusione quae in *Bhartr. Nît.* 41. et *Vairâg.* 18. deprehenditur. Ubique scripsimus नितरां *certe, utique.*

43. Sensus est ut vs. 39.: puellam pulchritudine incomparabilem describi non posse quamvis multae sint in mundo mulieres formosae. Atque hoc dolorem auget poetae, quod ne ipsius descriptionem quidem praebere possit; sed विषाद: non urgendum duco, quum idem fere exprimat quod in reliq. स्मरामि. Hemistichii secundi initium in Cod. legitur अन्याभिरुपमितुं hoc est अन्याभिर् उपमितुं ut Schol. exhibent, inseruimus tamen इति ad lacunam metricam explendam; videtur enim haecce particula bis in sententia lecta a Commentatore. *Metri necessitate* च insertum esse, ut Scholl. dicunt, non dixerim, auget enim epitheton mundi, ac si dicas: *quum tamen, et sane.* Minora scripturae menda tacite sustulimus.

44. Se ipsum comparat poeta cum loto ab aquis relicta et in luto marcescente, quam tamen puellae memoria refocillat et recreat veluti unda. Similis in malam partem comparatio vid. *Sring.* 80. Male scripta erant विचि et in Scholl. कन्दर्प: pro कर्दम: *lutum, coenum,* ut leviora omittamus.

45. Sensus eodem redit quo vs. 38., dicit enim: illam regis terrestris filiam pro Indri nata possis habere. *Indrus* (शतमन्यु: Schol.) princeps est Deorum minorum et coelestium reliquorum. धूर्णनेत्रां in textu, cuius prima syllaba in Schol. semel excidit, haud dubie falsum, mutavimus in घूर्ण° *vacillans.*

46. Insolentior paullulum comparatio staturae cum वेदि quod secundum Amarum *altare* et *postem* significat illam ad quam hostia alligatur; अन्तर्वेदि in architectura *intercolumnium* est, *columnam* igitur posuimus teneram. Vocabulum संभृत *ferens* in simili structura legitur *Bhartr. Sring.* 44., de imagine ipsa cf. vs. 26. supra.

47. In singulis verbis nulla obscuritas deprehenditur, dummodo teneas gradum depingi a prima puellae verecundia usque ad concubitum, ut *Sring.* 4. Omnino cf. *Lucretium* 4, 1103. *adfigunt avide corpus* et quae sequuntur.

48. Secundum ad amoris pugnam pertinens attributum me bene cepisse non dixerim; de re ipsa nullus dubito, exprimitur enim illud quod Graeci χειρομαχεῖν appellant, ambigua tamen est lectio बन्धोपबन्ध° uti scripsimus, ut etymologiae saltem satis faceremus. In Cod. exstat वधोपवधंप° vitiosa omnino scriptura; de lotis sermonem esse, Scholia produnt, sed ibi quoque lacuna videtur esse inter पंकजासनादि et vocabulum sequens. Pro ओष्ठ *labium* in Scholl. हृष्ट erat; correximus दष्ट *morsus,* ut sensus, non vocabulum redderetur.

49. Sensus prioris hemistichii est: ab illius amore separatus equidem ne momentum quidem vivo sed vita mea ipsa mors est. In Commentario nonnulla erant corrigenda: वि न, a nobis in विना mutatum, quo Schol. अन्तरेण vocabulum explicet, विना et अन्तरेण enim eadem significatione etiam cum Accusativo construuntur cf. Wilk. Gram. p. 622. nr. 1251.; अन्यविधिना bis scriptum semel delevimus, न vero ante भवामि intactum reliquimus, quum प्राणमुक्तो न भवामि *vita privatus, non existo* ferri possit. Dein भ्रात: male exaratum pro भवत: quod ad iudices pertinet circumstantes, Imperativus autem ad carnificem: *caput*

meum abscinde, sive simpliciter *vitam* quoniam de patibulo antea erat sermo. दुःखोपप्रमनाय mutavimus in दुःखोपशमनाय, एतावत्तै in एतावतः, at जीवनमन्दे non tetigi, quia sensui non omnino repugnat.

50. Vel captationem benevolentiae addit Chaurus, vel etiam suadet ut vitae suae finem celeriter faciant iudices, simpliciter enim dicit: bonos promissis stare debere ut Dii qui semel suscepta non relinquant. Exempla desumpta sunt ex mythologia et fabulis Puranicis; de Sivo venenum absorbente ne mundum universum inficeret, vid. ad *Bhartr. Nit.* 27.; de Vishnue ac testudine orbem terrarum portantibus ibidem *Nit.* 28., de igne denique submarino, *Nit.* vs. 68. Leviores Scholiorum maculas delevimus, quid tamen वकुदाग्राय: in fine substituendum sit, videant alii. — In epilogo scriptoris, magnisonantibus verbis composito, plurima sunt obscura et lexicorum nostrorum ope haud elucidanda. Nos vero manum abstinuimus a coniecturis, sperantes fore ut aditus ad tales perplexorum vocabulorum sylvas aliquando paretur securibus non ubique adhibitis.

IN BHARTRIHARIS CENTURIAS COMMENTARIUS.

LIBER PRIMUS.

DE AMORIBUS.

Liber inscribitur शृङ्गारः *amor,* quod quidem vocabulum paulo latius sumendum et ad omnia quae mulierum amores tangunt et blandimenta, ad rixas amatorias concordiamque, atque ad universam denique voluptatem est transferendum, unde poesis amatoria hoc nomine designari consuevit. Proprie autem vox illa, quae desumpta a cinabari et aloe trita (शृङ्गारं चूर्णसिन्दूरे लवंगकुसुमे ऽपि च *Visvus* ad Sisup. 19, 39. unde pers. شنگرف *atramentum rubrum*), quibus comam imbuere mulieres solent, mutuum in amore ludum intendit et ultimum, si *Rasaratnâkari* auctori credimus, gradum ad संभोगं tendentem describit, sic enim ille, a *Mullinâtho* ad *Kirâtârjuniyam* (9, 71.) in medium productus, septem voluptatis affectus enumerat:

प्रेमाभिलाषो रागश्च स्नेहः प्रेमरतिस्तथा ।
शृङ्गारश्चेति संभोगः सप्तावस्थः प्रकीर्तितः ॥

quos dein omnes amplius definit:

प्रेमादिदृत्तरम्येषु तच्चित्ताप्यभिलाषकः ।
रागस्तत्संगबुद्धिः स्यात्स्नेहस्तत्प्रवणक्रिया ॥
तद्वियोगासहं प्रेम रतिस्तत्सहवर्तनं ।
शृङ्गारस्तत्समक्रीडा संभोगः सप्तधाक्रमः ॥

Ceterum, quod hic in limine liceat observare, in talibus Indorum carminibus amatoriis sat multae leguntur sententiae minime castae, quippe quae, mulierum aures nunquam tangentes, nulla utuntur circumlocutione sed palam profitentur quaemodocunque concepere nequitiarum magistri, memores forsan illius: *castum esse pium poetam ipsum decere, versiculos nihil necesse esse.* Vix tamen apud Indos cynaedi, pathici et qui muliebria patiuntur commemorantur: in mulierum amore, quem seriores Graecorum poetae tanquam bestialem condemnarunt, versantur omnes, neque in hoc, si verum fateri licet, ad Stratonem aliosque accedunt, res voluptuarias ad vividum depingentes. Multo minus denique mulieres inveniuntur ut Philaenis, Cyrene atque Elephantis de qua *Suidas* (s. Astyanassa) *ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν καὶ ἔγραψε περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν* (coll. *Martial.* 12, 43. *Scioppii* Priapeiis carm. 3. 63. rell.). — Ad primam Bhartriharis centuriam quod attinet, in minora capita, ut in praefatione de omnibus hisce sententiis observamimus, dispescitur

quidem sed numerum horum capitum denarium non ita stricte ut in duobus qui sequuntur libris adhibuit auctor. *mulierum laudem* celebrat primum (2-21), dein ad *voluptatem summam* sese convertit (22-32); *anni tempestates* tunc depingit (33-54); postea ad *amores* recurrit, quibus resistere perdifficile esse docet (55-65), illos tamen *spernendos* praecipit (66-68). *Iuventutis commoda* iam enumerat (69-71), et dein in *mulieres* invehitur (72-91) quas omni studio ac labore evitare debeat prudens homo (93-100). Vides igitur poetam vel si mavis collectorem non omnino similia similibus addidisse sed sententias ad libitum consarcinasse, de qua re diximus in Introductione.

1. Versiculo primo continetur मङ्गलं, auspicationis scilicet formula ad Deum aliquem, ut mos est poetis Indicis, et in libro quidem amorum incipit Bhartriharis a laude Kâmi, per quem vel ipsi Dii maiores in mulierum potestatem redacti, facti sunt patres familias, nedum mortales, puta, homines. Utique legendum est हरयो ह° cum Cod. A., et Repha, quod ex Edit. Srir. gravi perspicuitatis damno in nostram irrepsit, omnino delendum, nullo enim modo Dualis forma (ab हर themate) locum potest habere. De singulis epithetis, praesertim Amoris, ad Chaurum passim egimus, neque in versu quidquam deprehenditur quo offendi possit lector.

2. Enumerat illectus atque artes mulierum quibus virum capiunt. Iam videamus de singulis: भाव φύσις *indoles* (Cod. A भविन perperam) a commentatoribus चित्ताभिप्रायं *animi propositum* explicatur (Nalod. 1, 48.), in re amatoria propensionem designat erga amantem quam nutu ac gestibus produnt meretriculae, quo fit ut ex भाव enasci dicantur artes aliae, voluptatem augentes, quas enumerat *Visvanâthus* in Sâhityadarp. p. 55. seq. Schol. Nalod. 2, 55., quibus *Benary* scite *Hemachandri* versum addidit. Omnia breviter complectitur *Amarasinh.*, cuius distichon proferre liceat (p. 46. vs. 32.):

स्त्रीणां विलासविव्वोकः विभ्रमाललितं तथा ।
हेलालीलेत्यमी हावाः क्रियाः शृङ्गारभावजाः ॥

Ex his लीला quae in nostro versiculo legitur, alia enim ad alias sententias reservamus, in imitatione morum et vestitus imprimis consistit quibus amata absentem sibi repraesentat amatum, quemadmodum Parvatî inducitur Sivi habitum fingens, in *Sâhitya Darp.* p. 57.

मृणालव्यालवलया वेणीबन्धकपर्दिनी ।
हरानुकारिणी पातु लीलया पार्वती जगत् ॥

Dein लीला illecebras ac nugas complectitur omnes, quibus amor significatur erga aliquem, et ut uno verbo dicam, id est quod nos *coquetterie* dicimus, a gallis gallinaceis desumptum vocabulum: *du coq qui se panarde devant les poules* (Menage). — कटाक्ष quid sit indicavimus ad *Chaurum* (vs. 5.); pro वीक्षणैः Editionis Srir. e Codd. B. D. et Schol. वीक्षितैः scripsimus. Commemoratur denique कलह, cuius vocabuli syllabis luditur Naloday. (2, 14.) ac si ex कः लः et ह, particulis advocandi et arcendi conflatum esset (कश्च लश्च कलौ वर्णौ

ताभ्यां सहितं पदं वाक्यं कलहं *Schol.*); altercationem ac iurgia amantium designat, atque inter blandimenta comparet quia *discordiâ fit carior concordia,* sive ut poeta ait: *Iurgia conflat Amor ut blandius uret amantes* (Anthol. lat. 1, 96.). Ab aliis tamen mulier कलहप्रिया vituperatur, ut in *Brahmavaivart. Purân.* fol. 16. et 17. Cod.

3. In fine एतत् conservavimus, Cod. C. et Schol. एते legunt पदार्थाः supplentes, minus recte. *Telum* आयुधं inducit poeta quia telis adsimilantur adspectus obliqui, quorum arcus supercilia (v. *Sring.* 59.), unde *dexteritas* ad curvanda supercilia referenda, sive ad nutus amorem indicantes; quam ad rem versus pertinet in Vita *Timuri* II. p. 979.:

اشارتنا فى الحبّ رمز عيوننا
وكل لبيب بالاشارات يفهم ✿
حواجبنا تقضى الحوايج بيننا
نحن سكوت والهوى يتكلم ✿

Indices nostri in amore sunt oculorum nictus et amicus quisque illa iudicia intelligit; supercilia nostra negotia inter nos transigunt, nos silemus, amor vero loquitur. Schol. epitheton ita dissolvit: चातुर्येण आकुंचितानि नेत्राणि येषु एवं भूताः कटाक्षाः ।

4. Novarum nuptarum indolem describit, ut vs. 25., quibus adde illecebras *Kâvyaprakâsa* p. 154. descriptas:

स्विद्यति कूणति वल्लति विवलति निमिषति विलोकयति तिर्यक् ।
अन्तर्नन्दति चुंबितुमिच्छति नवपरिणाया वधूः शयने ॥

Sudat, se movet, abscondit se, oblique adspicit, intus exsultat, osculari cupit nova nupta uxor in stragulo. Vocabulum भ्रंग interdum, ut apud Arabas كسر et كسر الجفن de *adspectu languido* usurpatur, frequentius tanquam fastidii et superbiae signum est (मानिचिह्नं), *Amarûsat* 41. भ्रूभेदः Schol. भ्रूकुटी । Vox प्रकरः i. q. समुदायः adverbii loco posita, iuvenes h. l. comparantur apibus, quae loti flores, quibus facies mulierum adsimilatur et ad quam omnia redeunt epitheta, circumvolitant (cf. *Chaur.* vs. 34.).

5. Ornamenta quibus natura mulierem condecoravit. Comparationes fere omnes a nostra sentiendi ratione abhorrent: *facies* primum *lunae* adsimilatur (v. ad *Chaur.* vs. 2.) ad serenitatem simul et rotunditatem indicandam, unde Schol. चन्द्रवद् वर्तुलं शोभायमानं । *oculi* porro lilia aquatica referunt expansa, परीहास enim, sive usitatius परिहास, uti Codd. B. D. et Schol. scribunt contra metrum, proprie *lusum, gaudium* denotat sed ad expansos loti flores pulchre transfertur, Sch. विकसनं । vocabulum epitheti ultimum क्षम *languescens* expressimus quidem, proprie autem est *efficax, potens* Schol. तद्वत् क्षमे eodem modo quo nymphaea mentem rapit sive *nymphaeae similis.* — Laudatur dein *color* subflavus aurum superans; vocabulo वर्णः Visargum addidimus, nominativi notam in Codd. quoque neglectam etsi ante sibilantem non omnino necessariam; scribitur enim हरिः स्फुरति, हरि स्फु° et हरिस्स्फु°

(*Colebrooke* Gramm. p. 28.). Solent tamen negligentiores esse Codd. in punctis adpingendis, quod statim de अलिनीं monendum cui Anusvarum superscripsimus contra Membranarum auctoritatem. — *Apibus* similes dicuntur capilli utpote nigri, copiosi et cirris pleni ita ut apum examini similes in botrydes caput exornent. Notum est mulieres Indicas, quibus βλαισότης negata, calamistro capillos crispare ut de Veteribus *Iunius* de coma p. 561. docuit (add. India II. p. 171.); Hebraei hac in re figuram de capris montanis desumunt (*Cantic.* 4, 1.). — Sequuntur uberum *papillae*, quae imagine insolentiore, Indis autem maxime trita, cum Elephanti globulis frontalibus comparantur ut puella βαθύκολπος depingatur (adde Chaur. vs. 14.). Etenim कुम्भ *vasculum* h. l. est गण्डस्थलं et saepissime usurpatur ad globulos Elephanti, पिण्डौ शिरसः in urigine protuberantes, designandos, neque mirum est talia ad mammas, interdum quoque ad nates, transferri, quum forma globorum cavo quodam interstitio (विदुः) relicto, omnino conveniat. Accedit quod ex Elephanti fronte succus quidam profluat quo apes inebriari dicuntur, igitur imaginem tenere mihi videtur poeta neque Schol. audiendus qui संभ्रम per शोभा tantummodo explicat et गुरू per कठिनौ *graves*: illud autem de circumstrepentibus apibus usurpatur, hoc simpliciter *rapiens* vertere potes, ita ut *capilli* sicut apes circumvolitent *mammas* ceu Elephanti globulos ad sese inebriandum. — Vocabulum नितंब *coxas, lumbos* atque *nates* complectitur, est enim, ut hebr. מָתְנַיִם locus ubi cingulum alligatur, cf. *Kâlid.* Ritusanh. 1, 6: नितंबदेशाश्च सहेममेखलाः 4, 4.: कांचुकीगुणैः कांचनरत्नचित्रैर् । न भूषयन्ति प्रमदा नितंबान् ॥ ut श्रोणी apud eundem 3, 20. Hoc loco autem, addito स्थलौ ad nates videtur pertinere, quarum crassitudinem laudant poetae asiatici καλλίπυγον puellam describentes, quamvis ineptire interdum videntur ut vel ipse *Kâlidâsus* (Sakunt. p. 45.) natium pondere puellam vestigia in arena luculentiora imprimere dicit; cui adde *Motenabb.* (p. 42.): لها كفل يكاد عند القيام يقعدها — *Sermones* denique margaritarum serta aequare, Arabibus praesertim, nihil est frequentius (vid. *Schult.* et *Umbreit* ad Prov. 1, 25. 4, 15.) Schol. expl. tantum: वचनानि अत्यन्तकोमलानि ॥

6. Adspectus sincerus et mobilis incorruptam et pudicam describit virginem, oculos prae pudore dimittentem. परिस्पन्दः propr. *capitis ornatum* significat et rectius cum व scribitur, quam परिस्पन्दः notior enim radix est स्यन्द् *stillare,* spec. de aromatis et unguentis, alia stirps स्पन्द् a *Vopadevo* omissa apud *Colebr.* (Gramm. p. 204.) eodem sane sensu exstat. Ne vero परिस्यन्दः h. l. absolute capias, primum hypotmesis post sextam syllabam vetat aliquomodo, dein Schol., structuram verborum hoc modo indicans: विलासेन उक्तिः तया सरसः मधुरः वाचां वचनानां परिस्यन्दः । Vocabulum विलासः (cf. vs. 2.) hilaritas est quae in gestibus puellae, amicum iam ad se redeuntem exspectantis, sese prodit, श्लिपि क्रोडे, sive ut *Sâhity.* p. 57 exprimit:

यानस्थानासनादीनां मुखनेत्रादिकर्मणां ।
विशेषस्तु विलासः स्यादिष्टसंदर्शनादिना ॥

Incessus mollior foeminarum vel cum phoenicopteri motu comparatur, vel etiam cum gracili ramorum vento agitatorum commotione (v. *Wilson.* ad Meghad. p. 83. *Motenabb.* p. 55.).

7. Omnibus sensibus, quibus sextum internum मनः addunt Indi, pergratam esse puellae venustatem. In vocabulo द्रष्टव्येषु *inter res videndas* ut C. et Schol., variant Codd. Vulg. इष्टव्येषु A. दृष्ट° exhibet; प्रेम्णा pro प्रेमप्रसन्नं scripsimus Scholiastae auctoritate, quamvis ferri potest Vulg. पवनं *ventilatio* A. C. et postea स्पर्शेषु A. Schol. erroneae lectiones sunt; sphalmata typographica tacite correximus. De epitheto मृगदृक् vid. ad *Chaur.* 19. — ओष्ठपल्लव *surculus labiorum,* quo nihil est frequentius, os purpureum indicat, unde cum बिंब, *Bryonia grandi,* labia comparantur (*Wils.* ad Meghad. p. 155.) cf. *Kâvyaprak.* p. 167.:

बिंबोष्ठ एव रागस्ते तन्वि पूर्वमदृश्यत ।
अधुना हृदये ऽप्येषु मृगशावाक्षि दृश्यते ॥

Horum nectar रसं s. अमृतं collaudant in suaviolo describendo omnium gentium poetae (cf. *Cantic.* 4, 11. ad *Motenabb.* p. 53.): *Theocrit.* (8, 83.) ἁδύ τι τό ςόμα τοι — ἢ μέλι λείχειν, (20, 26.): τὸ ςόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον. *Sosipater* Epigr. 3.: Εκμαίνει χείλη με ῥοδόχροα, ποικιλόμυθα, Ψυχοτακῆ, ςόματος νεκταρέε πρόθυρα. *Catullus* 99, 2. *suaviolum dulci dulcius ambrosia; Petron.* frag. p. 668. *mellea purpureum depromunt ora ruborem,* et sic porro. विभ्रमः (v. vs. 2.) idem fere quod विलासः ut exemplo docetur *Sâhityad.* p. 59., tum pulchritudinem in genere significat, *Vaijayantîkosha* (Kirât. 4, 3.): विभ्रमः संशये भ्रान्तौ शोभायां च ॥ id. Sisup. 15, 94.

8. Verba स्खल्, खल् ut A. C., चल् ut B. sensu conveniunt (चलने), conservavimus lect. vulgarem quam et Scholia tuentur, quae शब्दायमानानि वलयानि interpretantur. Cod. B. praeterea pro रवाहृत scribit पराजित ex interpretamento; lectionem eiusdem in fine सदृशाक्षिपातैः facile praetulerim. विश्वस्त *securus* Edit. in वित्रस्त *perterritus* mutavi, iubentibus membranis omnibus et sententiae nexu, sic vs. 67. अत्रस्त *audax* de tali oculo; cf. *Mâlatî* p. 73. et *Utt. Râm.* Char. p. 56. त्रस्तैकहायनकुरंगविलोलदृष्टिः । De *armillis* et *compedibus* Veterum vid. *Bartholini* schedion Amstelod. 1676. *Armillae* vel sunt βραχίονα vel ψέλλια sive περὶ τὲς καρπὲς τῶν χειρῶν περικάρπια apud Indos ex margaritis frequenter constantia, cf. *Curt.* 9, 1. de rege Indorum: *lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant;* saepius ex ebore facta. *Compedes* apud Hebraeos catenulis erant coniuncta (v. Gesen. ad Ies. 3, 20.) vel etiam tintinabulis praedita, quales Romae olim gestasse libertinas idem Bartholinus pluribus docuit. Harum strepitus h. l. झंकार appellatur (coll. Schol. Nalod. 2, 60.), vocabulo apud Amarum omisso et de susurro apum, ut videtur, proprio (cf. *Sring.* 97. *Nalod.* 2, 43.). Similem fere sonitum flamingo ad amorem excitandum emittit, unde perisphyris simpliciter हंसक vocatur et frequens inter utrumque sonum comparatio inducitur, cf. *Ritusanh.* 1, 5.: सुनूपुरैः पदे पदे हंसरुतानुकारिभिः 4, 4.: नूपुरैर् हंसरुतं भवद्भिः *Kirâtarj.* 10, 4. *Nalod.* 2, 24. Ex *Indralok.* 5, 12. पादौ किंकिणीकिनौ vel tironibus noti, cui adde

Coran. Sur. 24, 31. لا يضربن بارجلهن ليعلم ما يخفين من زينتهن *ne concutiant pedes suos (mulieres) ut sciatur quid habeant occultioris ornatus.*

9. Pulchrae ἐς πόδα ἐκ κεφαλῆς mulieres omnium animos rapiunt. Participium रणत् ut Cod. A. postulat contextus. Papillas crocino et rubro colore tingunt Indicae mulieres, unde गौरी (vid. Chaur. 8.), quibus undulantibus sertum ipsum vacillat. Corolla etenim usque ad strophium mammillare descendunt, vel floribus conserta, qualia वैकक्षकाणि graece ὑποθυμιάδες vocantur (*Stuckius* Antiq. convival. p. 354. *Böttiger* Sabina I. p. 240.), vel ex margaritis (cf. vs. 12. *Böttiger* l. l. II. p. 154.).

10. Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί qui haud memores vel Deos ipsos amore capi de sexu debili semper loquuntur. Deorum amores saepe a poetis advocantur ad hominum peccata excusanda; vid. *Burmann.* ad Anthol. lat. I. p. 4. *Jacobs* ad Meleagr. 37.: καὐτὸν ἀπ᾽ Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως. Eleganter Amarû vs. 50.:

हारो ऽयं हरिणाक्षीणां लुठति स्तनमण्डले ।
मुक्तानामप्यवस्थेयं के वयं स्मरकिंकराः ॥

sertum ipsum circumvolvitur in pectore pulchrarum; quodsi vel margaritis hoc accidit, quid nos valemus Amoris servi? ubi लुठति non est *descend* ut *Apudy* (Chezyus) sed fortius *circumagitur* ob mammarum tremorem, quae verba sententiam (vs. 9.) apprime illustrant. De oculorum cum *stellis* comparatione v. Chaur. 5.

11. Versus vix eget explicatione. Oculorum iactus *telis* adsimilantur, γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος, non modo apud Indos (cf. 59.) sed omnes omnino veteres. Maxime facit ad versum nostrum locus *Libanii* ab clariss. Jacobs ad Macedonii epigr. 11. excitatus: Ἔρως εἱστήκει παρ᾽ αὐτῇ τὰ τόξα τείνων καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν. *Meleagro* Amor vocatur (Epig. 91. τοξότης ὄμμασι κεκρυπτόμενος et *Aristaenet.* Ep. 1, 1. ἐπιτοξεύων ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς, coll. *Anacr.* 16, 6. De *Arabibus* vid. ad Moten. p. 53. *Persis* nil frequentius quam جگر از دو چشمش تیر خورده *cor vulneratum esse duobus oculorum telis* et vel apud ipsos *Hebraeos* imago latere videtur in עפעפים ab עוף derivato vocabulo, collato Proverb. 6, 25. loco: *neque te meretrix palpebris suis capiat.* Ceterum Scholia desiderantur.

12. Nativa puellae venustas animum disturbat, क्षोभं करोति *seditionem movet,* ut Persae eadem in re eodemque verbo آشفتن sexcenties dicunt. Primum capillorum nitor, dein oculi longiores et ad utramque aurem protracti qui pulchriores habentur, unde श्रवणायताक्षी constans puellae epitheton (v. 59. et Lass. ad Hitopad. p. 72.). Hoc de superciliis maximopere valet, arcus instar incurvatis, quae ut *Petron.* (c. 126. p. 603.) loquitur: *usque ad malarum scripturam currunt et rursus confinis luminum paene permixta sunt.* Dentes natura candidi vocantur, non obfuscati Betelo (Chaur. 16.), unde saepe Jasmini flori-

bus adsimilantur: *Ghatak.* vs. 2. *Gîtagov.* 10, 3, 5. कुन्दाभदन्ती । *domicilium* अधिवास: commode *ornatum* vertere potes ut *Indralok.* 2, 17.

13. Vocabulum मुग्ध amantium attributum interdum proprie sumitur: *stultus,* saepius tamen *miser, misellus* est ut dulces simul amoris dolores exprimat, quemadmodum σχέτλιοι οἱ φιλέοντες (Theocr. 13, 66.); inest tamen notio creduli et amantis sermone nimium confidentis (cf. *Amarû* 18.), ideo *innocens, naivus,* nostrum *naiv* (*Amarû* 17. 30. *Mrichhak.* p. 184.) de parvulo: *praedurum loqueris facie innocens* मुग्धेन मुखेन coll. Sring. 30. unde tandem *pulcher* मुग्ध: सौम्ये नवे मूढे Vaijayantîkosha cit. ad Sisupâl. 1, 47. Visvus ib. 9, 32. मुग्ध: सुन्दरमूढयो: ॥ Codd. A. C. धानुष्मता omnino vitiosum. Coniunctio च ferri non potest propter negationem, neque adest in Codd., inserui igitur ne metrum vacillaret particulam इह quam Cod. C. praebet: अपूर्वा इह, neque tamen अपि sensum quam maxime augens omittere ausus sum. Pro वर्द्धति haud dubie legendum बन्धति non enim lectiones इविधि A et C. et विध्यति Cod. D. commodum sensum praebere videntur. Scholia desunt huic versui et ei qui consequitur.

14. Versionem huius sententiae adoptavi *Rosenii* mei (in rad. p. 342.); eleganter, ut solet, *Schlegelius* (in Bibl. Indica II. p. 474.) germanice vertit:

Bei der Lampe, des Heerds Flamme, bei Mond- Sternen- und Sonnenschein,
Fern von des Mädchens Rehaugen liegt die Welt mir in Finsternifs.

15. Quaeris forsan o puella, cur pulchritudo tua in amorem nos abripiat? te ipsam cupimus. — Interrogatio, sive potius ironia, pendet a vocula नाम, unde Schol. तन्न ज्ञायते *hoc nescis?* supplet. Etenim नाम sensu et origine ut germanicum *nämlich* venit, sive ut Amarikoshi verbis dicam usurpatur प्राकाश्यसंभाव्यक्रोधोपगमकुत्सने igitur ironice fere sumendum et per *quaeso, certe,* (इति निश्चयेन Sch.) et similia vertendum cf. *Nalod.* 2, 20. *Mâlatî* p. 17. Edit. Lass. *tu sane* (नाम) *amoris telo percussus. Sakuntal.* p. 14.: *si nempe* (नाम) *ordini eremitarum adscribenda* (coll. p. 86.); *Mrichhakat.* p. 67.: *ludus sane hominibus regnum absque throno est,* p. 91.: *lyra utique* (नाम) *margarita est etsi non e mari enata;* p. 106. यदा नाम अहं मूर्ख: *si sum, per me licet, stultus;* p. 153.: *prostibulum nempe est ut spina in pedem intrans,* et sic sexcenties apud Bhartriharim cf. vs. 73. 81. Nit. 17. 44. 47. Vair. 11. Tertium sententiae membrum, ubi पंक्तिरेव cum membranis legendum pro पंक्तिरे च Edit., appositum est vocis रोमावली de qua *Rückertus* scite ad Nalod. 2, 24. in Anniversariis Berolinensibus egit; designat enim plicas et crines in ventre mulieris sub umbilico conspicuas, quae proprio vocabulo त्रिवलि nuncupatur, alias श्रेणि et पंक्ति: *linea,* quam h. l. ab amore ipso depictam esse fingit poeta.

16. Non dubito quin versus vigesimus, huic simillimus, cum hoc sit coniungendus, id quod in Cod. B. recte factum est: ordinem tamen in primo hocce libro turbare nolui. ग्रह propr. de dracone coelesti usurpatur, pro imagine legitur *Chandica* 12, 15. Eodem fere modo

apud *Aristaenetum* Lais vocatur ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών, apposite sed contrario sensu *Mrichhak.* p. 21. नागरदेवतावत् *pallida sicut urbis Dea.* Pulcher saepe appellatur शृङ्गारो मूर्तिमान् *Nal.* 1, 15. *Brahmavaiv.* fol. 7. cf. Chaur. 23. Scholia non adsunt.

17. Libidinem esse vitandam docet versus, si recte video, quamvis sententia proxime sequens eligendi facultatem constituit inter mulieres et vitam solitariam; cf. vs. 95.

18. Vocabulum मात्सर्य *egoismum, invidiam* et *zelum* — (cf. 31. 53.) significat, locus classicus exstat *Sâhityadarp.* p. 74.: परवृद्धिमत्सरि मनो हि मानिनां *superborum animus aliis celsitudinem invidet.* Acumen quaesitum est in ambignitate vocis नितम्ब quae ad *colles* simul transfertur. De particulis उत et किमु vid. *Lassen.* ad Hitop. p. 6. Textum in Edit. omnino mutilatum e Codd. emendavimus. Ceterum versus citatur *Kâvyaprak.* p. 60. ubi pro इदं वदन्तु melius legitur उदाहरन्तु *eligite.*

19. In eadem re pergit. Pro यान्तु कालाः singularem numerum uno consensu praebent Mstt. Ultima linea verba praetextata loquitur, est enim उपस्थली πρόσθεμα, αἰδοῖον et sententia concubitum indicat, unde Schol. तासां संगेन यातु कालः । De particulis adversativis coniunctis नो चेत् peracute egit *Lassenius* l. l. p. 37. coll. *Vairag.* 67.

20. Vid. ad vs. 16. Scholia desiderantur ut etiam in versiculum proxime sequentem.

21. Hominum mentes occupant quidem mulieres, neque tamen faciles se praebent. चर् cum praep. सं et आ est *aggredi, opus accedere,* h. l. sensum habere videtur *sese dare.* विडम्ब *simulationem* significat, cf. locum class. *Sakunt.* p. 29. कुब्जस्य लीलां विडंबयति *curvi gestum simulat baculus,* h. l. de moechis quae oculis lenociniisque venantur viros.

22. Finita sectione de *mulierum laude* sequitur iam भोगादिलक्षणं de *voluptate et similibus rebus* et prima quidem sententia simulationes depingit atque illecebras quibus amatum captare student mulieres: quaerit puella, voluptate flagrans, amasium, pectusque deundavit, ac si veste lunae radios vellet impedire. Ironice dictum puta: placet enim, ut Bhâravis dicit actio non quaesita ad amorem tendens (Kirât. 8, 46.). Schol. नवकुमाराणां legit loco वन, Cod. A. बत *eheu!* quod facile praetulerim, ut dolor mulieris ab amato relictae simul exprimatur, nam talis विरहिणी utique intelligenda est.

23. Perstringit mulieres eas, quae in perfruenda voluptate nimium flagrantes lentam illam viam non ingrediuntur quam versus 25 indicat, sive ex iocoso Monachorum praecepto:

Post visum risum, post risum venit in usum,
Post usum tactum, post tactum venit in actum,
Post actum factum, post factum poenitet actum.

Cohaeret igitur versiculus cum praecedente; cupit ipsa videri puella et quaerit amatum ut sitim suam expleat, viris autem dulcior est procrastinatio, sive कलह ut Schol. recte interpretatur: *amantium irae,* quas per *utramque pugnam* intendit poeta. Cod. A. दृष्ट्वा legit quod ferri potest.

24. Cingere tempora floribus Indicis mulieribus quam maxime usitatum et hodieque मालाकाराः ϛεφανηπλόκοι inveniuntur puellae quae corollis nectendis quaestum faciunt, ut apud Romanos olim (v. *Böttig*. Sab. I. p. 224.). Corollae capitis, ϛέφανοι vocantur मालाः h. l. मालती utpote ex Jasmino constantes. Quodsi flores capillitio inseruntur, appellantur गर्भकाः, sertum cum cirro medio a capite dependens प्रभ्रष्टकं nominatur, si collo inseritur प्रालंब, ϛέμματα denique pectoralia हाराः nuncupantur. Pro आविलं *aqua turbida*, quemadmodum inepte Edit., legendum erat अन्वितं = युक्तं Schol. — Dicit poeta puellam tanta venustate incedere, ut mentes rapiat ψυχοπάτης et paradisus videatur ubi summa voluptas capienda, अत्रापि स्वर्गभोगो भवति Schol.

25. Gradus describuntur quibus uxores a pudore ad summum voluptatis fastigium transire solent. Epitheta omnia redeunt ad कुलस्त्रीरतं praeter unicum क्रीडाप्रगल्भा (Schol. त्यक्तलज्जा) quod in novam nuptam redit, nisi dicis nominis feminini exitum servari in Adiectivo neutro. Iam videamus singula quaedam: मान est *fastidium* (*Sprödigkeit*) ut h. l. capiendum; interdum convitium amantium (*Amarû* sat. 3. 7. 10.) et zelotypia; *Mallinâthus* ad Kirât. 9, 36.: स्त्रीणामीर्ष्याकृतः कोपो मानोऽन्यासंगिनि प्रिये । Vocabulum रहः Schol. एकान्त in re amatoria mutuam libidinem designat; Scholia in Kirât. 9, 50. de रतिरहस्य versum proferunt hunc:

स्रस्ततावपुषि मीलनं दृशोर्
मूर्च्छना च रतिलाभलक्षणं ।
श्लेषयेत्स्वजघनं मुहुर्मुहुः
सीत्करोति गलगद्गदाकुला ॥

Fortius dein est प्रगल्भा eadem libido sed morsiunculis imprimis sese manifestans, cuius exemplum protulit *Viscanâthus* (Sahity. p. 56.): समाश्लिष्टाः समाश्लेषैश्चुम्बिताश्चुम्बनैरपि दष्टाश्च दंशनैः कान्तं दासीकुर्वन्ति योषितः । Sequitur denique अङ्गविकर्षणं (sic enim leg.) atque idem significat quod *clunes in venere movere* in Priapeiis carm. 18. p. 27. ib. Sciopp.

26. Scholiis caret versus, neque sane obscurus est. Codd. A. et C. pro धर्मिल्लक formam धर्मल्लक proponunt; genuina videtur धम्मिल्लक sine Repha, sic enim constanter scribitur: *Sâhity*. p. 60. 108. 224. 360. et apud Amarum; signif. *braided hair, tied round the head, or with flowers intermixed and covered with pearls.* Solent enim virgines Indicae capillos in cirros complectere et totum dein corymbium in nodum, κρώβυλον, componere; ne vero talis crinium compago laxius flueret et cincinni capillorum, unguentis conspersi, vestes macularent et sparsi dissiparentur, acu crinali inhibebatur et apud Veteres v. *Isidor.* Orig. 19, 31. *Martial.* 14, 24.:

Tenuia ne madidi violent bombycina crines
Figat acus sparsas, sustineatque comas.

In monumentis praeterea conspicitur calantica, veli in modum a dorso dependens una

20

cum *frontali, σφενδόνῃ*, pretiosis lapidibus ornato. Noctu vero vitta (बन्धनं) ligabantur crines, corollis non sepositis, quare saepe fingunt poetae cincinnos (अलकाः) una cum corollis in genas et pectus propendere, vel ob puellae dolorem vel in pugnis amatoriis ut h.l. et *Kirât.* 9,47. cf. *Chaur.* 4. 12. 17. 25. Nalod. 2, 60. Altes Indien II. p. 171. Conveniunt quodammodo verba *Claudiani* (de bello Gildonic. 137.) etsi in alium sensum dicta:

— rescissae vestes et spicea passim
Serta iacent, lacero crinales vertice dentes,
Effractum pendebat ebur.

मील् *nictare, nutare* propr. de floribus semiexpansis usurpari videtur; de oculis languidis ac semiclausis *Chaur.* 25. उत् मील् *oculos aperire,* quando prae languore vel timore clausi erant *Vikram.* p. 6.: उन्मीलय चक्षुरायतं निशावसाने नलिनीव पंकजं *aperi oculum latum ut nocte finita Nelumbium;* contrarium est भयनिमीलिताक्षी *puella deliquium patiens.* — *Sudoris* in re amatoria satis frequens est mentio, vid. ad *Chaur.* vs. 10.

27. Lacrimae in summo libidinis fastigio quando prae gaudio proveniunt, ipsae voluptatem iamiam impetratam quasi exstinguunt. Verbum मील् cum आ coniunctum, quam particulam commentatores per ईषत् plerumque reddunt (Schol. Nalod. 3, 14. 4, 18.) idem significat quod in versu anteced. cum उत्. Ceterum a verborum structura paullulum deflectendum esse putavi ut sensus melius emergeret.

28. Viris aeque ac feminis stabilitam esse dicit legem ut senectute iamiam imminente ab amoribus desinant. स्तनपतनं est *mamma pannosa, μαζὸς ὑπεκλίνϑῃ, σπαδόνισμα μαζῶν,* sive ut *Propert.* loquitur (2, 12, 21.) *necdum inclinatae prohibent te ludere mammae.* अवधिः *periodus* in fine compositorum (uberum pendentium statum habens vita) est: hoc vel illud pro termino habens, cf. Brah. Vaiv. specim. Edit. *Stenzl.* II, 67.: *in Vrindarum sylvam proficiscere quae irae sedationem pro termino habet* मानापनयनावधि ॥ Visvakoshi definitionem अवधिस्त्ववधाने स्यात् सीम्नकाले बले ऽपि च । citat Schol. Kirât. 2, 17. — Protulit hanc Bhart. sententiam *Mammata Achârya* in Kâvyaprak. p. 86. nulla lectionis varietate, sed observat auctor: pro कृतं etc. legi कुरंगलोचनानां, verum न कृतं superius अनुचितं respondet, nec temere omitti potest. Verba Mammatae adscribam: अत्र कृतं इति कृतं प्रत्युतप्रक्रमभंगभाव इति ॥ तथा च यद्‌ अपि च न कुरंगलोचनानां इति पाठे निराकांक्षप्रतीतिः ॥

29. Versus facillimus, cui Schol. non adsunt.

30. Sermo puellarum laudatur, quo omnia epitheta redeunt. Metro omnimodo vitioso laborat iste versus; est Harinî quaternis stichis hunc in modum concinnatum:

⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – | – – – | – ⏑ – | ⏑ ⏑ – | ⏑ –

In membro priori contra Codd. auctoritatem प्रेमोद्गाढा scripsi tanquam epitheton separatum, ut syllaba longa emergat; secundo autem sticho medelam afferre non potui, sonat enim:

भणन्ति मधुरा मुग्धप्रायाः प्रकाशितप्रमदाः
⏑ – ⏑ |⏑⏑– |– – –|– ⏑̇ – |⏑–⏑|⏑ –

in primo igitur et quinto pede vitia latent; Cod. D. et Schol. singularem भणति inducunt, quo quidem numerus sanus evadit, attamen dubius haereo in singulari capiendo et multo magis si participii localem casum intendi (Schol. रतिकूजिते) putamus. Quae quum ita sint ex coniectura dedimus मधुरभणिता μελίφθεγκτοι quod eo magis forsan placeat, quod ubique in versu voces compositae adhibentur. Indelebile vero sphalma adhaeret voci प्रकाशितप्रमदाः secundum Scholiastem प्रकर्षेण मदो यैः ते प्रकाशितप्रमदाः ita ut ne mutari quidem possit vocabulum; licet quidem syllabam ante प्र corripere (*Colebr.* in As. Res. X. p. 399. not.), neque tamen प्र ipsum produci potest: videant me acutiores! Tertium membrum suis constat pedibus ast in quarto demum मुग्धदृशां ⏑⏑⏑– debebat esse ⏑–⏑–. In singulis vocabulis nulla est obscuritas, de मुग्ध vid. ad 13.

31. Quoad sensum sententia convenit cum vs. 18. Pro क्रियतां Codd. A. D. et Schol. क्रियते exhibent. Captatam paronomasiam *Schlegelius* in huius distichi versione germanica apte reddidit (Bibl. Ind. II. p. 474.)

Wohn' an der Ganga Stromfluthen, Sündentrückenden, quellenden,
Oder an zarter Brust Hügeln, Sinnentzückenden, schwellenden.

32. Puellas amori resistere nec posse nec debere, quando vernum tempus incipit. *Pedem protendere* est firmiter se tenere, perdurare; हृद्मानः autem animi superbiam in amantem significat (vs. 25.), Schol. अहंकारः — In secundo ad metrum Aryae compositi distichi membro inter चन्दन et सुरभिः vocem तरु eiecimus quae glossa in textum irrupit. *Ventus ille fragrans* auster est ex Malayae h. e. Malabaricis montibus Santalum album fragrantissimum unice proferentibus (*Roxb.* flora Ind. p. 464. *Wils.* Theatr. II. p. 103.) spirans veris exinde nuntius (cf. vs. 34. *Gîtagov.* 1, 6, 1. *Ritusanh.* 2, 17.) *Sâhity. darp.* p. 55.:

स एव सुरभिः कालः स एव मलयानिलः ।
सैवेयमबला किं तु मनो ऽन्यदिव दृश्यते ॥

Eodem modo poetae persici sexcenties dulcem et fragrantem Zephyrum (باد نسيم) alloquuntur, qui suaveolentiam amicae secum portare fingitur, *Motenabb.* p. 54.: تحمل المسك عن غدائر الريح *ventus muscum cincinnorum asportat.* Indi contra felicem praedicant ventum quod Santalos arbores lotosque fragrantissimas osculari ac tangere liceat ei. Facit huc versus *Sâhity. Darp.* p. 336.:

धन्याः खलु वने वाताः कह्लारस्पर्शशीतलाः ।
राममिन्दीवरश्यामं ये स्पृशन्त्यनिवारिताः ॥

33. Zephyri commemoratio ansam praebuit poetae ad anni tempestates paucis describendas versibus. In carminibus prolixioribus tales picturas inserere amant veluti *Bhâravis* qui Kirât. 10, 24. seq. ऋतुवर्णनं et quidem inde a versu 31 *veris* descriptionem praebet, cum

Zephyro e terra australi spirante (दक्षिणानिल = मलयमारुत), cum apibus, quae *Sali* arboris flores osculantur (vs. 34.) aliisque ad vividum depictis imaginibus. De वसन्त enim dicunt, ut paroemia a Mallinâtho suppeditata docet: अवजितभुवनः त्रैलोक्यविजयी पुष्पमासो वसन्तः । Verni temporis gaudia versus noster canit, neque omissus est पिकः qui notiore nomine कोकिलः audit: Schol. Nalod. 2,12. cuculus scilicet Indicus melanoleucus, lusciniae instar propter cantum iucundum a poetis Indicis celebratus. Facili negotio ex Hafizio loca adspergere possim innumera quae veris adventum eodemmodo Bulbuli (بلبل) cantu annuntiant. — Vocabulum कोटि in primo membro simpliciter per millia reddidi, proprie *decies centena millia* significat. Ceterum Harinî metrum hoc versu quoque laesum est in sticho tertio, उद्गता, quam vocem omnes tuentur, Amphimacrum constituit qui Molossus esse debebat. प्रियः Edit. in pluralem correxi sensu et Codicibus A. C. iubentibus.

34. Ver amoenum amoris dolores lenire non posse. Errores scribarum in pluribus vocabulis tacite omittam. कलकल et काकली onomatopoetice avium minuritionem in universum, कलरव palumbarum potius gemitum indicat cf. 97. Scholia सूक्ष्मध्वनिः गंभीरशब्दः aliisque reddere solent. विषायते h. e. विषं भवति verbum denominativum ut plura apud Bhartr. (v. Lass. ad Hitop. p. 22.), poetis epicis minus usitata. Cumulantur in versu *Sâhity*. p. 291. et orationi nescio quam brevem addunt suavitatem:

चन्द्रायते शुक्लरुचापि हंसो
हंसायते चारुगतेन कान्ता ।
कान्तायते स्पर्शसुखेन वारि
वारीयते स्वच्छतया विहायः ॥

Leges Causalium sequuntur verba talia, technico nomine a grammaticis लिङ् appellatae, य enim inserunt et vocalem finalem producunt.

35. Quid optandum sit ut verno tempore gaudiis fruamur, docet. — Visargum addidi ex Codd. A. D. vocabulo कलरवः (cf. vs. 5.), स्मेरो enim ad *casam frondeam* मण्डपः ut ex C. D. scripsi, pertinet. गोष्ठी confabulatio cum amicis est: गोष्ठी सभायामालापः *Visvakosh.* cit. Sisupal. 12, 38. शीतांशु conservavi, Cod. A. et Schol. सितांशु iubent, utrumque rectum, constans lunae epitheton est हिमांशुः तुहिनांशुः शीतरश्मिः *frigidis radiis praedita.* Ad totam sententiam cf. Hafizii carmen apud Jones. de poes. Asiat. p. 92., ubi صف نشينان نيكخواه cum nostro सत्कविभिः apprime convenit. *Mensis Chaitra* idem est quod वसन्त cf. *Visvus* ad Kirat. 10, 36. et Sisupâl. 6, 15. चैत्रे दैत्ये वसन्ते च तीव्रे कोपे मधुः स्मृतः ।

36. Versus lectionem varietate vexatissimus et quoad sensum obscurissimus, quem certissime non cepere viri docti, sive Panditae fuerint sive Europaei, qui textum Srirâmapurae typis mandarunt et cuius versionem equidem valde dubiam propono. Primum verba singula videamus atque perpendamus, paucis, quae Scholia praebent, adiumentis in subsidium vocatis: मञ्जरी *gemmam florum* et *spicam* significat, dein translate *foeminam pulchram*

ut h. l. videtur sumendum, quamvis Schol. काचनवृक्षस्य मंजरी explicat de arboribus. आहुतिकलां nullo apud eundem interpretamento gaudet, igitur ad verbum sumsi: *sacrificii partem;* hanc *protendit* illa, sive, ut metaphoram teneamus, inspergit tanquam oleum *igni,* quo propter suam ab amato separationem consumatur (अनिल in Ed. *ventum* significat, sphalma typographicum). Sensus igitur membri prioris esset: dolorem ipsa adauget internum, per exclamationem puta quae iam sequitur et ceteram versus partem occupat. मा prohibitivum Imperativo caret, cuius rei non desunt exempla, neque enim verbum hemistichium claudens in Imperativum temere mutandum est, etsi vitio laborat: literam व omnes tuentur praeter Schol. आलोकतो scribentem, sed quid de terminatione तो quae praeterea ex त: in fine hemistichii enasci nequit, fiet? Gerundium proposui addito pronomine ते cuius fulcrum ex distinctionis signo facile oriri potuit. Reliqua faciliora sunt si modo graves, qui Edit. Sr. defoedant, errores corrigas: Subiectum unicum est vox ultima, tribus appositis epithetis, primum नवपाटलापरिमला: ut recte Cod. D. et Schol.; separatim posita vocabula, ut in Edit., nullum sensum praebent nec structurae accommodari possunt. पाटल: mascul. generis *oryzum* significat, पाटला autem *flos Bignoniae suaveolentis* cuius fragrantia venti dicuntur saturati. In Codice A परिमला scribitur sine Visargo et postea पाटाश्चरा quae leviores sunt hallucinationes; prius locum habere possit परिमल scribendo, ita ut duo epitheta in unum coalescant. Iam quaeritur quo modo capiendum sit compositum lineam hanc tertiam claudens? पटच्चर् *vestem tritam* significat, unde derivatum पाटच्चर् pro Adiectivo habeo: *vestimenta detrita habens* ut sensus sit: *ventum odores ubique ex sinu lacero dispergere,* vel etiam: *ob longum iter trito quasi pallio incedere,* quae tamen interpretationes a प्राग्भार् pendent quod non minus divinandum est: प्राक् de tempore fere est *ante,* sed de loco dictum comparet in प्राग्वंश: προπυλαῖον et in ipsa vocabuli notione: *ad Orientem versus,* प्राग्भार् igitur potest esse: *qui onus prae se fert,* vel: *orientis onere* sive odoribus *onustus.* Prius praeferendum videtur, ita ut totam compositum sit: *per onus quod ante se ferunt, tunica lacera incedentes, venti.* In ultimo vs. membro नतानवकृता: Edit. nihilum erat; corrigi iubet eadem hanc vocem in वितनवकृता: quod peius est; Cod. A. unice verum praebet वितानतानवकृता: h. e. वितानता + अनवकृता: *expansionem haud curantes* venti. Iam Scholia addam quae exstant ieiuna: अन्यत् किं वसन्ते भवति काचनवृक्षस्य मंजरी पान्यस्य स्त्री तस्या विरह एव अनलः अग्निः तस्मिन् आहुतिकलां आतन्वती विस्तरयन्ती एवं भूता मंजरी पिकांगनाभिः सोत्कण्ठं आलोकतो ऽपि अथ च श्रीखण्डशैलानिला मलयमारुताः प्राग्भारपाटच्चरा वान्ति कथं भूताः । नवा चार्वी पाटला च तस्याः परिमला येषु ते पुनः क्लान्तिक्लामानां (sic) posteriora verba iam ad versum sequentem pertinent विमर्धी वसन्ते कस्य उत्कण्ठा न भवेत् ॥ Vides ex his vix extricari posse quae singula verba reddant clariora. Subsistamus igitur in sensu generali: uxorem quandam amatum absentem exspectare eique zephyri exemplum proponere, ut solent poetae Indici ex rerum natura exhortationes capientes,

ne amantes fidem violent, cuius rei exempla sat multa leguntur in carmine *Ghatak.* ex illius saltem Scholiastae interpretatione. Unum restat tangendum vocab. श्रीखण्ड propr. *pars, regio sacra,* quo nomine Malayae regio gaudet etiam Gîtagov. 1, 9, 2. — Textu et interpretatione iam impressis melior eademque facilior prioris hemistichii nobis parata est explicatio, quam consequere, si पान्थस्त्री tanquam compositionis membrum cum reliquis iungis, deinde pro माकुन्देषु legis माकन्देषु et denique आलोक्य ते cum Sriramp. conflas in आलोक्यते, quibus factis hanc fere habebis interpretationem: „In viatoris uxoris separationis ignem sacrificii partem effundit Manjaris, quae a Kokilorum femellis in Mango arboribus cum desiderio iam adspicitur." Consentit ut nunc video Scholiasta, qui breviter quidem et non ab omnibus partibus sed recte versum explicat, dummodo falsam आलोकतो ऽपि scripturam in आलोकितापि mutaris. Totus autem versus nihil aliud continet quam pulcram et solemnem veris advenientis imaginem. Arbores efflorescentes excitant augentque amorem et in absentes maritos feminarum desiderium, augent item Zephyri iam e montibus advenientes suaviter spirantes.

37. Secundum Aryae hemistichium duobus syllabis redundat, neque tamen aliam medelam afferre potui: विमर्थी simpliciori मर्थी Edit. substitui ex scholiis modo allatis et vocabula कस्य न ex iisdem et Cod. C. inserui; मूर्च्छित metro iubente correxi ex Cod. A. सहकार *arbor Mangifera* est; Schol. bene: सहकारस्य कुसुमानां केसराणि तेषां भरः (भारः perperam), igitur cave ne केसर pro *Mesva ferrea* aliisque floribus capias, h. l. *filamentum, florum pollinem* significat.

38. Sequitur aestivum sive calidum tempus ग्रीष्मः quod मधुनिदाघकालं appellat *Kirât.* Arj. 10, 36. Enumerat Bhartriharis voluptates per hanc tempestatem capiendas. धारागृह cuius ad verbum interpretatio esset *stillarum domus,* in Amar. desideratur, Careyus in lex. bengal. explicat *a watercourse* ita ut de *rivulis,* et *catadupis* in universum dici queat, intelliguntur vero h. l. ut in Raghuv. 16, 49. machinae aquariae seu siphones quibus tempore aestivo aquam rosaceam ac santalinam eiaculantur Indi; sic यंत्रधारागृह *Kalidas.* in Meghad. 63. et जलयंत्र Ritusanh. 1, 2. usurpat. In versione *balneum* expressimus. कौमुदी *puros lunae radios* significat, quibus valde delectantur Indi; nomen lunae कौमुदः a कुमुदं *nymphaea* descendit, quae noctu floret (v. ad *Niti* 65.). Noctes per lunam serenam amoeniores fieri, saepe exprimunt, cf. *Sâhity.* p. 350.:

त्वया सा शोभते तन्वी तया त्वमपि शोभसे ।
रजन्या शोभते चन्द्रश्चन्द्रेणापि निशीथिनी ॥

Et apud *Halhedum* (praefat. ad Leges Ind.) Anapaesti:

शशिना च निशा निशया च शशी
शशिना निशया च विभाति नभः ।

पयसा कमलं कमलेन पयः
पयसा कमलेन विभाति सरः ॥

Quod in sticho tertio exstat vocabulum सुमनस् flores omnes complectitur, speciatim de iasmino grandifloro venit, flores autem iam nominavit et Schol. लता: explicat, quare de *casa frondea* intelligendum. In Cod. D. मुदं legitur, quod eodem redit, frequentius tamen मद् *ebrietas* in talibus locum habet descriptionibus.

39. Varie aberrant Codd. Msti et impressa Edit., primum igitur textum castigemus vulgarem: व्याजन - कासरी - सुचि: operarum errores sunt, सिन्धु *flumen* ferri potest, exstat tamen in omnibus, quos inspexi Codd. सीधु Schol. मद्यं (vid. ad Chaur. 9.). Pluralem porro किरणा: ex C. D. et Schol. induxi et निदाघात् तूर्णं tandem cum Cod. C. praetuli, quia Ablativi vestigia supersunt in lectionibus निदाघास्तूर्णं Cod. A. et निदाघा तूर्णं Cod. D. Ad res memoratas quod attinet, distinguendum est inter *flabella,* ῥιπίδα, inter *muscaria* चामराणि (de quibus vid. ad *Vaiv.* 67.) et inter *umbellas* छत्रपत्राणि (Sring. 95.) quae omnia postea ad Romanos ex Oriente advehebantur. *Flabellum* ad refrigerandam per aestatem faciem vel ex Borasso flabellifero apud Indos constabat, vel ex tenuibus tabellis (coll. *Ovid.* Am. 3, 2, 37.) vel etiam ex pavonis plumis, quale *pavonium* Romani vocabant cf. Proprt. 2, 18, 59.

Et modo pavonis caudae flabella superbae.

Prasini coloris interdum fuisse docet Martialis (3, 8.):

Et aestuanti tenue ventilat frigus,
Supina prasino concubina flabello.

Florum pollinem in deliciis habent Indi et in re quidem amatoria saepe fingunt tale pulviusculum in amasii oculum cecidisse, quod iuvenis oris spiritu amovere conatur (cf. *Amarûsat.* 70. *Kirât.* 8, 19. *Nalod.* 2, 33. rell. *Sakunt.* p. 63.). Neque minus frequens est lacus lotis pleni commemoratio. Vocabulum सौधोत्संग: Schol. explicat राजसदनस्य उपरिभाग: videtur itaque consessum amicorum eruditorum significare ut supra vs. 35.

40. Sententia eiusdem tenoris, antecedentem amplificans: quodsi hae voluptates hominem capere possint in amorem pronum, non facile capiant eum qui res in sensus cadentes devitat. Pessima sphalmata quae Edit. Sr. defoedant ex Codd. auctoritate, qua sane opus vix fuit, correximus. धाम vocabuli significationes enumerat *Hemachandrus* cit. ad Kirâtârj. 1, 29. धाम रश्मौ गृहे स्थाने जन्मप्रभावयोः ॥

41. Scholia quum desint dubitari potest utrum versiculus ad sectionem proxime antecedentem an vero ad partem sequentem pertineat, in codicibus enim una serie scribuntur versus et inscriptio nova vocabulum स्पष्टः demum sequitur. Retuli tamen ut in Edit. Sr. factum, ad *tempus pluviosum,* cuius mentionem sententia iniicit. Ceterum exhibui distichon, erroribus maxime conspicuis sublatis, quale exstabat, de metro quod est liberius, iucunda

tamen Anapaestorum et dactylorum varietate compositum, plane desperans; ad Aryae species aperte pertinet, sonat enim per mâtras divisum, hoc modo:

⏑⏑– ⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑ || –⏑⏑ | –– || ⏑⏑–– | ⏑⏑⏑⏑– || –⏑⏑ | –– ||

In structura autem proxime accedit ad versum 37. — Iam videamus de singulis: वशा Edit. Sr. exhibet, Cod. A. वप, Cod. C. et D. वेपो horum auctoritatem sumus secuti, quum Vulgatae lectio metro repugnet, sed omnibus lectionibus meliorem coniecturam puto proponere वश्या, cui si faves तरुणी वश्या puella viro obsequens, flexibilis est. ज्ञाति: quod ex Codd. C. D. praetulimus, idem significat ac ज्ञाती scil. *massa odorifera,* pistilli ut hodie vocantur, ex moscho imprimis confecti; possis etiam duo enunciata in unum conflare praesertim si पाय rectum habeas: *e floribus enata admodum* (अति) *pura fragrantia.* पाय in A. quoque exstat, reliqui पुष्प proferunt, quod melius, ut alia quam in antecedenti vocabulo fragrantia, designetur. प्रावृट् tempus est quo pluvia instat; in localem casum convertere vocem in animo erat, potest tamen item iure subiectum esse si post res enumeratas aposiopesin statuas.

42. Nomen कन्दली et कन्दल, quo terra excandescere dicitur versu sequente, significat Antiloparum quidem speciem, sed pluribus etiam plantis tribuitur (Sabdârnavus Sisupâl. 6, 30. द्रोणपर्णीस्निग्धकन्दाकन्दलीभूमिकन्दली) ut *Musae sapientum* et *arundini Bambu* quod h. l. intelligimus, utpote prima pluvia cadente celeriter excrescens; eodem modo *Kâlidâs. Ritus.* 2, 5. समाचिता प्रोहितकन्दलीदलैः । Fortasse ad aridas tamen et solis calore exustas potius pertinet descriptio quia nondum cecidisse putanda est pluvia, unde etiam *pavones* inducuntur, quos pluviae adventu gaudere omnia Indorum carmina docent (cf. *Nal.* 21, 6. *Ghatakarp.* 2. *Bopp.* ad Arjun. p. 90. *Wilson.* ad Meghad. p. 29. ubi versum nostrum ex Edit. Srir. adduxit). Harum vox pluviam praesagiens propria est केका sonum exprimens; एव in Edit. cum Codd. राव legendum et cum seq. coniungendum; कुटज arboribus in genere convenit, कदम्ब denique arbor pulcherrima est, *Nauclea Cadamba,* de qua vid. *Jones.* oper. V. p. 90.

43. Similes imagines in *Ghatakarparo* praesertim leguntur, tempus enim ante pluviam peregrinantibus maxime idoneum est, sedatus tunc nimius solis calor neque per imbres ut postea deviae sunt semitae (v. *Wils.* ad *Meghad.* p. 71.), quare uxores ad se invitare solent absentes maritos, exemplis ex rerum natura captis. Dicit autem poeta: quomodo iam viator, ab uxore vel amata alienus, acquiescere possit quum omnia ad amorem tendant, quum vel ipsae nubes sese coniungere gestiant, et pavones, qui in nubes itidem flagrare dicuntur, prae amore saltent? उपरिघनं Schol. निविडं *clamans* explicat, sensum potius indicans quam vocis originem, est nubes superior quae amicam nubem adit, tonitru inclamans. तिर्यच् de avibus oblique volantibus potissimum usurpatur.

44. Quodsi pluvia instante omnia ad sensus loquuntur et amoris indicia praebent, quomodo

puella amicum exspectans non commoveatur. वल्ली i. q. लता *liana* cui fulgur adsimilatur nubem veluti amplectens (cf. *Mrichhak.* p. 163.). केतकि *Pandanus odoratissimus,* cuius flores Amoris vocantur tela. — प्रोद्यत् Schol. प्रकर्षेण उद्यत् explicat, praepositionem vim augere indicans (cf. vs. 47.). Verbum स्फूर्ज् de *tonitru* proprie venit et vocali producta semper fere scribitur Colebrooke Gram. p. 234., vid. ad Vair. 1. De vocabulo कलरव: pauca monuimus vs. 35., कल quod praecedit *leniorem gemitum* denotat, utrumque clamorem harum avium exprimit quo invicem sese lacessunt ludentes: केकीना मयूराणां क्रीडासु कलरव: Schol. Epitheton foeminarum पक्ष्मलदृक् *longis palpebris praeditam* significat; idem est in *Sâhityad.* p. 116. *Sakunt.* p. 65. et *Mâlatî* p. 16. पक्ष्मलाक्षी ubi Lassenius vocabulum tetigit.

45. Viatorem domum redeuntem fulguribus quasi moneri ac certiorem fieri de moerore uxoris; nam quemadmodum fulgur prosilit et evanescit, sic illa gaudium ac tristitiam concipit, iam amicum rediturum sperans, iam vero spem abiiciens. Fulgur amantem incitare eiusque desiderium movere, Arabes quoque fingunt, praesertim ubi fulgur emicat in ea, in qua amasius commoratur regione, cf. *Motenabb.* Cod. Goth. p. 14.: ما لاح برق او ترنّم طايـر ☆ الا انثنيت ولى فواد شيق *non emicuit fulgur neque genuit palumba quin recesserim animo afflicto.* Primum hemistichium *casu locali* absolute positum est ita tamen ut temporis notio ac loci, quo quid agitur, simul insit, यस्मिन् एवं भूते - पतति part., scil. सति et sic porro. असूचीसंसारे, sic enim corrigenda Edit. Sr., Schol. न सूच्यते संसारो यस्मिन् igitur vertere quoque possis *in mundo ignobili* (cf. vs. 19.), सूच् enim est *narrare, praedicare.* त्वमसि et तोरनिचये in Vulg. hallucinationes sunt, quae sententiam prorsus obliterarunt. प्रौढजलदध्वनिप्रासे *sonante telo ex alta nube* ad pulchram illam imaginem pertinet qua *Iris* putatur Indri *arcus, fulmen* et *imbres* vero ipsius *telum* (प्रास, अस्त्र), quemadmodum Zeus dicitur ἶριν ἐξ ὀυρανόθεν τανύειν — τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο Ἢ καὶ Χειμῶνος δυσθαλπέος (Il. 17, 547. coll. 4, 27.). Hinc corrigendus, ut *Lassenius* et *Benary* in epistolis ad me missis bene viderunt, versus corruptus *Ghatakarp.* (3) quem sicco pede, ut solet, praeteriit novus illius carminis Editor:

सेन्द्रायुधश्च जलदो ऽधरसन्निभानां ।

Nubes, Indri telis instructa, infra iaculans, elephantis iram adduxit. Sic et Scholiastes voluit अध: अस्यन् जलं स्रवन् est autem अधर् adverbium ad instar अन्तर्. Sed haec obiter. Quid proprie sit सौदामिनी Nilakanthus docet ad *Nalum* 1, 12. scil. *fulgur* ex pluviosi temporis nube (सुदामन्) procedens, quod fortius et maioris solet esse splendoris (अत्यन्तं द्योतमानं). ग्लानं denique mutavi in म्लानं *marcescere* ex Codd. A. D et utriusque scholiis.

46. Sententia satis plana neque in textu quicquam mutandum, nisi unicum आयतदृशं cui Instrumentalem substituimus (विस्तीर्णनेत्रया स्त्रिया Schol.) ex Codd. A. C. quorum Anusvarum दृशां non curamus quia Genitivus locum habere plane nequit. Cod. D. रत्यन्त praebet pro आ° ex scriptura bengalico obortum.

47. Sequitur tempus शरद् *auctumnale* scilicet, sed post imbres amoenissimum, quod *Bhartrih.* uno tantum versu absolvit, maiori laude efferunt *Bhâravis* (Kirât. 10,24.) et *Kâlidâsus* (*Ritus.* III.) ob fruges maturescentes, novos flores expansos et coelum noctu serenissimum, ut etiam in *Sâhit.* legitur (p. 294.): विमलाः कुमुदानीव तारकाः शरदागमे ॥ Sententia, obscuritate quadam laborans, monere videtur ne aquam frigidam statim post gaudia nocturna bibat amator sed oscula potius decerpat ex ore uxoris, potum denegantis. Quodsi verum perspeximus, Scholiastes enim in explicandis vocabulis, neque omnibus quidem, acquiescit, *lumen lunae* ad amicae faciem referendum. Ceterum separari potest सरभससुरत si locativum statuas, a vocabulo sequente, neque tamen, ut in Edit. factum epitheton ad सलिलं pertinens. तर्जितं vox nihili est, legendum erat वर्जितं Schol. निषेद्धितं ॥ — फर्कराान्तः denique Ablativus est solito in तः exitu, पंचम्यास्तसिल् ut Grammatici loquuntur.

48. *Hiems* हेमन्तः quam pluribus describit *Kirâtârj.* 10,28., varia praebet commoda domestica, omnia potissimum lactis genera quae bonis maxime exoptatis annumerantur et Indorum, ut satis constat, una cum oryzo cibum constituunt cf. vs. 65. — दधि *lac inspissatum, acidum* significat, दुग्ध *lac* simpliciter, सर्पिः autem *butyrum,* alias घृतं, हविः utpote sacrificiis inserviens, nuncupatum. Falluntur autem egregie viri docti qui totum Orientem praeeunte *Kinderlingio* in butyri historia, butyrum ignorare contendunt; hoc fortasse ne de Hebraeis quidem affirmari potest, quorum חמאה *compressione* saltem (מיץ) fiebat (Proverb. 30,33.), apud Indos vero nihil frequentius quam imagines a circumrotatione, qua lac in butyrum cogitur, desumptae (v. modo *Nîti* 27.); commemoratur vasculum (मन्थनी) ad tympani formam comparatum, memoratur rudicula (मन्थदण्डकः) laudatur oxygala (दण्डाहतं) etc. — मंजिष्ठा planta est *rubri* coloris, *Rubia Manjith,* unde माञ्जिष्ठ aliquid ex hac confectum, tinctum, *rubrum,* itaque vestis significare videtur splendorem vid. *Uttararâmacharitr.* p. 82. वासश्च माञ्जिष्ठिकं *the madder tinted garb,* ubi alia explicat vestimenta militaria, hoc tamen intactum relinquit *Wilso.* Accedit dein corporis unctio, cum uxore concubitus et os betro impletum, de quo vid. ad *Chaur.* 9. Circa variantes lectiones non diu morandum: in primi membri fine भृताः legunt Membranae omnes pro vulgato धृताः Vocabulum गृहाभ्यन्तरे quod idem significat quod हर्म्यपृष्ठे विविक्ते vs. 47. sive अन्तःपुरे *uxoris* nimirum *domicilium,* in गृहाभ्यन्तरं falso mutant Cod. A et C.

49. Tempestatem ultimam tangit शिशिरं ver antecedentem, frigidam quidem ventis frequenteque rore, ceteroquin autem amoenam et a *Bhâravi* (Kirât. 10,30.) स्मेरैकबन्धुं vocatam. — Lusus non prorsus illepidus proponitur: venti eandem agendi rationem sequi dicuntur ac saltatores ob nequitias famosi, dum virgines insectantur ad voluptatem capiendam, cuius imaginis flamina quasi deprehenduntur *Amarûsat.* 40. collat. *Kirât.* 8,28. Vikramor. p. 23. Vocabulum अलकवत् praegnans dici potest, inest enim cirros huc illuc fluctuare प्रबला वायवः मुखे केशानि इतः ततो नयन्ति Schol. Verbum शीत्कृ *labiis tremere* sibilante pa-

latali scripsi, quamvis dentali in proximo versu Cod. A., Nalod. 2, 62. et saepius exstet; librarii in talibus vocabulis etymologiam vix sequuntur. उत्कंचुक sensu negativo capiendum esse vix dubium est, lectionem adoptavi unice veram quam et omnes tuentur Codd. In Edit. exstare videtur वत्तम्युक° vox enim erasa est in eo quo utor exemplari. Prorsus corruptum erat संसयन्तों ऽशुकानि sed haec leviora sunt.

50. In eadem re pergit poeta totum fere concubitus actum describens. मुकुलयन् a मुकुल *gemma floris* descendit, Schol. आच्छादयन् *tegens,* significat igitur: oculos saepenumero cum floribus comparatos, ita comprimere adversus ventum pulveremque ut gemmae quasi videantur florum. Labia cur tremebunda supra dicantur, ex hoc versu apparet, sunt enim vulnerata ventis ut inter oscula morsiunculis laesa dicuntur. Ceterum suffixum कृत् paullo ante usurpavit, h.l. plenius कृत. Verbum denique कान्तायते denominativum est (cf. 34.) *tanquam amatorem se gerere* कान्त इव भवति । Hucusque anni tempestates una cum voluptatibus in iis percipiendis descripsit poeta, iam vero pergit in iis indicandis quae vel peragenda vel relinquenda sint, sive potius in utramque partem considerat amorem, quem si condemnare velint sapientes, continuo pietatis viam esse eligendam. Nova inscriptio nusquam comparet, Scholiastes autem versus sequentes introducit his verbis: इति कामिनां विषयिनां मनोरथः तथा प्रीतिभावः कथं तेषां कर्तव्यानि ज्ञात्वा त्यक्तव्यानि च इति करणात् उक्तानि । अधुना पक्षद्वयनिरूपणं ॥

51. Verba satis sunt perspicua, praeter unicum महिमा *magnitudo, superbia,* quod *inclinationem,* tota sententia suadente, vertimus. Superciliosorum hominum fastum perstringit, qui amores spernere quidem profitentur sed nihilosecius mulieres sectantur (cf. vs. 62.). Textus vulg. in primis verbis omnino corruptus et metro contrarius deprehenditur; correctiones nostrae Mstorum auctoritate nituntur. Voculam यद्वा Schol. diserte dissolvit: यद् यस्मात् कारणात् वा pertinet enim ad sermonem sanctorum et rationem addit cur amores sint vitandi. Inseruimus versioni *adversus mulieres,* Schol. तस्याः स्त्रियाः ut sententia clarior fieret.

52. Idem thema variatur iuxta normam Anacreontis (36): *τί με τὸς νόμὸς διδάσκεις; μᾶλλον δίδασκε παίζειν,* scil. poeta discrimen statuit inter vitam austeram, quam philosophis Vedântinae scholae adscriptis relinquit et inter amoris oblectamenta qualia poetae praecipiunt. Illustrat igitur sententia versum quodammodo antecedentem, et quod ibi तत्त्व *veritas,* h.l. est वेदान्त de quo ad *Windischmannum* (Sancara) instar omnium laudare sufficit. Particip. अनुचरा per *ἓν διὰ δυοῖν* ad duo enuntiata pertinet si verbum substantiv. supples. — सन्तु ex vs. 51. in hunc denuo irrepsit in Edit. Sr. legimus आप्नु ex Codd. A. C et Schol. — Epitheton denique carminum विदग्ध proprie *adustum* sonat, dein, plane ut persicum پخته *expertum, consonum, sapiens;* usurpatur vox विदग्ध de indole hominis

κατεξ. bona, quae menti infixa et quasi inusta est, uti Arabes طبع *sigillo imprimere* adhibent, cf. ceterum Niti vs. 3. 15. rell.

53. Sententia cum vs. 18. convenit: amores esse colendos vel pietatem adeundam. In primo iuventutis epitheto सुन्दरं proponunt Cod. C. et Schol. अभिनवा नूतनाश्च अपूर्वा मदस्य लीलाः ताभिः सुन्दरं ita quidem in duobus vocabulis similibus grata apparet paronomasia, quam in fine versus captavit poeta; acquievimus tamen in लालसं ceterorum Codd., quod, cum antecedentibus coniunctum, titubantem, ut nobis videtur, puellae mollitiem, iisdem literis quaesitam, depingit. लालस *desiderans* h. l. idem quod विलासिन् *iocans,* sive ut eadem radice latina expressimus, *lasciviens.*

54. Queritur de γλυκοπίκρῳ in amore poeta, neque ulla explicatione eget sententia. Lectionem B. सर्वेष्वपि सत्यं glossam esse, nemo non sentit.

55. Lemma praeponitur novum दुर्विरक्तप्रशंसा cuius sensus, ex sententiis quae sequuntur satis apparet: *difficile esse amori resistere.* विरक्त proprie *alienus, haud curans* est ac *repudians.* Sphalmata in Ed. Sr. vel sine Codicum ope facile erant tollenda; nulla ceteroquin varietas apparet, nisi quod B. चटुल *nitidus* loco चपल proponit. कृतिनां *agentium* potiore sensu capiendum erat pro *religiosis* hominibus; *lampas distinctionis* sive sapientiae ut in Hebraeicis נֵר הָכְמָה sexcenties metaphorice dicta est; verbum तड् ideo electum quod *lucere* simul et *percutere* (vs. 82.) significat, *percutitur* igitur sive *exstinguitur* fax आचलैः *admotis nictibus;* delevimus enim Anusvaram, nisi forte अंचल ab अच् mavis derivare. चक्षुषा habent Codd. Anusvaro negligenter omisso, recte vero Srir. चक्षुषां, sed in metro haereo; positionem enim facit क्ष igitur Amphimacer exstat loco Dactyli in mensura certis suis pedibus definita. Scholia desunt, neque aliam vocem habeo substituendam.

56. Argumentum cum vs. 51. convenit: perstringit morum doctores quorum facundiae illudit amor, nec tamen ipsi mulieres relinquunt न तु त्यागं कुर्वन्ति supplet Schol. Membranae omnes conspirant in legendo संगत्यागं igitur संक्रा Edit. Sr. sive शंका ut in fine corrigi iubet, auditus errorem puto. मुखर् ironice dictum, Schol. बहुवक्त ॥ Zonam lapidibus pretiosis, h. l. rubinis exornant mulieres, clavam praesertim ac nodum, ग्रंथि. —

57. Ultima huius versus verba in Edit. sonant: स्वर्गस्यापि फलं तया सरसः quibus conspirant Codices, nisi quod अप्सरसः recte legunt; attamen contra metrum Aryâm peccant अपि फलं, quae vocabula sine dubio delenda, a glossatore textui intrusa. Ceterum virgines coelestes Indri coeli fructus appellari, cuivis notum est ex Indralok. 4, 13.

58. Sententia apud omnes mire conspirat; scholia vero desiderantur. दलन quam vocem *Careyus* (in Lex. Bengalico) praebet, est *contritio,* huic igitur adstruximus भुवि ut sit: *in terra conculcare.* Simile quid *Mrichh.* p. 39. legitur: feras vi capi, Amorem autem corde.

59. Distichon in re Orientalium erotica pulcherrimum e Bhartrihare sibi sumsere Hitopadesae Editiones Sriramapurensis et Londinensis, omittunt autem Codd. quos *Lassenius*

inspexit fabularum (v. Commentar. ad Hit. p. 72:). Dicit poeta: virum tamdiu virtuti adhaerere quamdiu puellarum non viderit lascivos oculorum nutus, sive कटाक्षान्, nam hoc sibi volunt श्रवणपथगताः quia simul, ut supra observavimus, oculi longiores laudi sunt. Telis adsimilantur oculorum iactus; ideoque in imagine pergens poeta verbum कृष् usurpat quod cum आ *arcum intendere* significat; iaculis praeterea addit epitheton नीलपक्ष्माणः *nigra cilia habentia,* scilicet tanquam pennas. Quae quum ita se habeant, non possunt tela quin fortissimi cuiuscunque constantiam defatigent, proprie *furentur,* मुष् verbum est quod sensu translato: oculos mentesque furandi, interdum usurpatur: *Nalus* 5, 7. *Mrichh.* p. 76.; persice دل ربودن; *Ilias* 1, 132. *κλέπτειν νόον*; hebraeice *Genes.* 31, 20. 2 *Sam.* 15, 6. — Coniunctionem च in primo membro Cod. A. delet, quia forte variantem lectionem पुरुषः pro नरः quam Edd. Hit. exhibent, ante oculos habebat librarius.

60. Sensum exprimit tritum illud *Eurip.* (Iphig. Taur. 1032.) *δειναὶ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας,* nam संरम्भः non solum *initium* est sed de mulierum quoque *lascivia* et *iocis* dicitur, Schol. आदर quod eodem sensu venit *Nalod.* 2, 55. Correctiones in Sloco necessariae Codicum fide nituntur. कातरः *confusus* h. l. est *impotens* असमर्थः ut Schol.

61. Convenit sententia cum vs. *55.* — Scholia desunt. — स्वतः पावकः *ignis ex semet ipso natus* ponitur pro Amore, alias मनसिजः *mente natus* nominatur; *quinque membra* ad sensus pertinere quilibet ipse videt.

62. *Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος,* etenim vel is qui sapientissimus et sui compos videtur, perfectam vix attingit virtutem quia mulieres amorem semper iniiciunt. Quod vs. *59.* भ्रूचापः आकृष्टः hoc loco est भ्रूलता आकुंचिका qui quidem arcus hominem percutit, peccare facit, ideoque ad infernum ducit, ad portas Yamapuri, Schol. निरयस्य नगरस्य द्वारं उच्चारयन्ती ॥ Pro भावनं Edit. Codd. omnes recte भाजनं *vasculum* habent, पात्रं Schol. quod in *Chaur.* aliquoties metaphorice legitur. De Adiectivo विरल vid. *Lassen* ad Hitop. p. 28. Ceterum superiorem devotionis ac religiositatis gradum indicat: *se ipsum noscens,* quam antecedens: *librorum sacrorum peritus,* ex qua scientia *humilitas* demum oboritur quae ad *γνῶθι σεαυτόν* tandem ducit; saepius igitur scientia sui आत्मबोधः inculcatur (cf. Wilson ad Meghad. p. 113.) praesertim per Vedantinos.

63. Versus iste, exemplo superiora illustrans fortissimo, denuo, sed scholiis paullulum mutatis, legitur in libro tertio versus finem, p. 107. Edit., cuius rei exemplum vs. *98.* quoque habes: neque tamen editores textum, si modo sententiam iterare voluerant, conformem reddidere, ut certe in tertia huius versus parte corruptissima debuerant. Sringâro distichon Codd. omnes praeter B. adscribunt et hîc locum sane necessarium obtinet. पूयक्लिन्नः scribendum cum Mstis omnibus, varie tamen aberrant apographa in epitheto canis ultimo. Variantes loci vexatissimi lectiones primum in unum conspectum redigamus: legitur enim

in *Edit. Vairâg.* पिवरनृकपालार्दितगल:
Schol. ibid. पिवरनृकपालान्वितगल:
Cod. B. Vair. पृथुतरपिठारार्पितगल:
Edit. Sring. पिवरककपालार्पितगल:
Schol. ibid. पीठरकपालार्पितगल:
Cod. A. मृन्मयकपालार्पितगल:
Cod. C. पिठरकपोलार्पितगल:

Vocabulum पिवर = स्थूल in lexicis vix obvium, पीवर autem contra metrum peccat; नृकपाल *cranium hominis* putida lectio est et omnino videtur reiicienda, ut et आर्दित *vexatus,* pro quo अन्वित = युक्त stare posset, dummodo sensum praeberet idoneum. Lectio Cod. B. falsissima पिठर tamen praebet, quod, quum Schol. A. et D. per मृन्मयपात्रं, cuius prior pars vel in textum irrepsit, explicaverint, non dubito quin vera sit vox, quae in contemptum quasi suffixum क adsumpserit (cf. अयंक *iste,* माणवक *homuncio* rell.). Tum etiam कपोल cum D. scribendum, Schol. कण्ठ: Quibus omnibus rite perpensis, lectionem metro et sensui adaptavimus, vix enim decernendum est in talibus lectionibus quaenam a prima manu sit. Videant acuti doctique critici, quo successu textum restituerim; quae nisi probant, meliora expeto. Ultima sententiae verba Schol. hoc modo illustrat: अतो मदन: हतं अपि च आदौ शरीरावस्थया मृतप्राय: तं हन्ति मारयन्ति । hanc ob caussam Amor *daemon devorans* vocatur *Nalod.* 2, 7. et *saevus Amor* apud veteres (Tibull. 3, 4, 65. *Ovid.* Rem. Am. 529.), quippe qui omnes cogat ad vexillum suum.

64. Supplicia addit, quibus ab Amore puniuntur ipsius dicto non audientes. Schol. rem bene illustrat: राज्ञो मुद्रया सर्वं कार्यं भवति अतो मदनस्य स्त्रीमुद्रया भवति । यो उल्लङ्घनं करोति तस्य राजा दण्डकरो भवति मारयति च अतो मदन: rell. Desumpta etenim imago est a regis edicto, فرمان मुद्र proprie *sigillum,* cuius formam feminini generis insolentiorem ideo forsan inducit poeta ut cum जननी *genitrix* conveniat: hoc melius sane sensu passivo sumendum: *ab Amore profectum* ut *Gitagov.* 10, 2, 5. मन्मथनिदेश *Cupidinis decretum* dicitur, quia ab Amore ipso proponitur lex mulieres esse colendas. Dein viros morosos et austeros eorumque varia castigationis genera, ex vita Indorum ascetica satis nota lepide tangit poeta et tanquam poenas depingit a rege illo inflictas. Sunt autem potissima devotionis genera ut nudi et capite tonso incedant sive comam implicatam gerant sive ut inter *quatuor ignes, solem quintum superne habentes* consideant (*Manu* 6, 23. ग्रीष्मे पंचतपास्तु स्यात्) de quo vetere praecepto पंचचर्पिण: *homines devoti* in *Vedor. spec.* p. 16. Rosen. lucem fortasse accipit. *Crànium* hominis denique manu gerunt qui hominem, imprimis Brâhmanem occiderunt (*Manu* 11, 72. 73. 89.), victum in hocce cranio sibi colligentes; facile tamen inducor ut credam *cranium* h. l. pro vase quovis ascetico poni, Schol. पात्रं करे धृत्वा भिक्षाटनं कारिता: Tale proprie कमण्डलु et कुण्डी vocatur, quocum illud κόνδυ convenit

Athenaeum 2, 55. Fructum, quem tali poenitentia sibi comparare student, *frustra* illos quaerere dicit poeta quia ante oculos haud positum est et incertum; Schol. definit: स्वर्गाधिकानि अप्रत्यक्षाणि ॥

65. Sapientissimum quemque amore tangi (cf. 62.) quin vel ipsos Deos (vs. 10.). — *Visvâmitrus* ex Ramaide satis innotuit, cuius episodium clariss. *Boppius* germanice vertit in *Coniugationis systemate*. *Parâsaro* nomine, utrum Râmus ille an alius huius nominis intelligatur, non habeo quod dicam; ob rigidam certe devotionem clarus fuit, unde quartus religiosorum ordo पाराशर्य vocatur. Quodsi igitur illi viri foeminis reniti non potuere et तपोभंग experti sunt, quanto minus mortales laute viventes! Lectiones variae haud magni sunt momenti, in A exstat वे चांबुपत्राशना pro वात°, *vento vesci* tamen in hac re saepius dicitur; idem Codex transponit घृतसंयुतं दधिपयो quod ferri potest; सागरे ut Edit. in nullo exstat apographo. *Vindhyus* montium iugum est inter Indiam Gangeticam, आर्यावर्त et दक्षिणापथ, apud Ptolem. Οὐίνδιον ὄρος, et nomen accepisse fertur quod solis cursum obstruat वैन्ध्य incolis saltem urbis celeberrimae Ujjayinis (v. *Wilson.* ad Meghadût. p. 24.). Hunc montem mare transnatare paroemiam sapit. Unum restat oris muliebris attributum सुललितं paucis tangendum: descendit enim a stirpe लल् quod de titubantium potissimum amantium sermone, ubi lingua torpet, ut *Catullus* loquitur, usurpatur, plane ut λαλιά de *dulci loquela*. Dein transfertur ad habitum mulierum et gestum languidum, sive ut *Sâhityadarp.* p. 59. definit सुकुमारतयांगानां विन्यासो ललितं भवेत् quod exemplo illustrat; unde fit ut inter puellarum illecebras nominetur, vid. ad vs. 2.

66. Novum, tribus distichis absolutum sequitur capitulum, cuius inscriptio परित्यागप्रशंसा pro quo in fine sectionis स्त्रीणां परित्यागविधिः legitur, suadent etenim sententiae omnes ut mulieres deserant homines cordati quod tamen ob ipsarum venustatem res sit ardua. Sensum versus 66, cuius structura paullo intricatior, bene indicat Schol. यदि स्त्रियो न आसन् तदा बुद्धिमन्तः सेवां न कुर्युः स्त्रीनिमित्तं राजसेवां कुर्वन्ति तेन व्यासंगेन मनः चंचलं अधैर्यं भवति ॥ Lusum संसारः असारः *mundus exsuccus, ieiunus* iam habuimus vs. 19. et aliquoties recurret adiuncto hoc epitheto, cf. quoque *Mâlat.* p. 85. *Utturarâm.* p. 22.; eodem modo Persae دنیای دنی coniungere amant. Varians lectio A. भवने ni sola staret, magis fortasse placeret, tunc द्वारसेवा plane nostrum *Hofdienst* esset. Ut nunc est, totum epitheton ad मानसं redit ut omnes iubent Msti, sola Edit. Sr. ad homines retulit lectione व्यस्तधैर्याः — Vocabuli प्रेङ्खत् origini इख् nulla alia additur significatio quam गतौ unde प्रेङ्खा *lectica*, प्रेङ्खित *concussus* rell. Schol. tamen शब्दायमानः explicat et ad zonae compedumque tintinabula certissime referendum est.

67. In antecedentibus poeta dixerat homines vel arduum quidque adire mulierum caussa, ut scilicet familiam alant, iam pergit: devotionem ab hominibus fieri ob poenitentiam post vitam cum mulieribus peractam flagitiosam et rem acu tetigit qui de devotis

cuiuscunque aevi fere omnibus similia sentit. De sensu scholiastam audiamus: मनो मलिनं स्त्रीभिरेवक्रियते अतः स्त्रीणां प्रभाव एव उत्पन्ना न स्युः तदा मनो ऽपि मलिनं नैव भवेत्। तदा मनस्वी जनो हिमवतः स्थाने गत्वा शिरःप्रणाममेव किमर्थं मलिनं करिष्यति rell. Pro primo versus vocabulo scholia in Cod. B. सिंहैः inducunt *leonibus habitata spelunca,* quae quidem lectio speciem veritatis prae se fert, nec tamen admittenda est. *Arbor in humero tauri Sivi crescens* vel potest esse *montana,* quia Sivus montium Deus est, vel etiam arbor sacra iuxta templum Siviticum et taurum नन्दी, ipsi sacrum, Schol. nil nisi nomen tauri proprium addit. Molestiam vero creat vocabulum: गंगाधौतशिलातले ubi Schol. divisit गंगाधौतानि शितलानि primum igitur putavimus corrigendum esse गंगाधौ शितले तले *in Gangae aqua, in frigida superficie Himâlayi,* Gangeticam enim aquam in lustrationibus et peccatis luendis efficacissimam putari constat. Attamen unius Schol. auctoritate mutare noluimus sed in vulg. acquievimus, आधौत igitur nomen est: *concussio* et totum adiectivum ad स्थाने referendum: *locus ubi rupium superficies per Gangem percutitur* cf. *Vairag.* 25. Quod vs. 8. hinnuleis addebatur adiectivum वित्रस्त *perterritus,* hoc loco contrarium est अत्रस्त, nil tamen mutandum, quum firmum ac audacem *mulierum* oculum simul depingat.

68. In eodem argumento addit: in vita nostra terrestri foeminas obstacula saluti opponere. De संसार quod vocabulum in talibus Indorum sententiis magnam vim habet, in libro *Vairâgy.* videamus vs. 82. *Oculi* mulierum *ebrii* vocantur ut apud *Catullum* (45, 11.) *ebrios oculos suaviata,* quam imaginem bene illustrat *Quinctilianus* (11, 3.); sunt enim: *lascivi et mobiles aut natantes et quadam voluptate suffusi oculi,* quales Graeci ὑγροὺς appellant, v. *Fischer* ad Anacreont. 27, 21. et *Burmannum* ad Petron. c. 126. vs. 12. Eodem sensu apud Indos मत्त et उन्मत्त *insanus* venit et similiter ἐκμαίνειν s. amorem incendere dicitur Iuno apud Eurip. Eccles. 959. — Slocus Bhartriharis epicus arte quadam compositus, exitu anapaestico gaudet et ad metrum lyricum tendit. Caesura in primo hemistichio neglecta est et membra utriusque strophi negligentiora nisum tantummodo faciunt ad partem sloci finalem, grata praeterea alliteratione concinnatam.

69. Non urgendum lemma यौवनप्रशंसा *iuventutis laus,* tribus, quae sequuntur, distichis additum, neque enim in laudanda tantummodo iuventute versatur poeta et प्रशंसा in genere *descriptio* tantum valet. Primum docet: iuventute, utpote fragili, esse fruendum, ut ad puellam alius poeta: मानं मा कुरु तन्वङ्गि ज्ञात्वा यौवनमस्थिरं ॥ *Sâhit.* p. 244. Noster regem alloquitur divitiarum cupidum, monetque ut potius amoribus sese tradat, antequam senectus ceu hostis adveniat cf. Vairâg. 39. — को वार्थो ऽर्थैः unice verum omnes exhibent membranae; आलोकिनीनां e Cod. B. sumpsimus, D. male आलोकितानां - नयनेन्दीवर quod D. praebet et C. in margine tentavit, minus exquisitum videtur quam कुमुद κατ᾽ ἐξ. *rubrum* quidem *Nymphaeam* significans, ut इन्दीवर *coeruleam,* at in hisce imaginibus, ad nauseam usque repetitis, poetae vix genera distinguunt, praesertim quando ridentem et expansum

vultum indicant. Distinctius sane रक्तपंकजलोचन de *irato* venit, ut *Brahmavaiv.* fol. 36. 46. rell. Pro लुप्यते unus Cod. D. लंघ्यते proponit. — *Mare cupiditatis* frequens apud Indos metaphora ut alias *κακῶν θάλασσα Ghatakarp.* 12. *Râmây.* II, 46, 84. 60, 3. rell. Totam denique vitam cum Oceano comparant et qui vitam transigunt ut apud Graecos *διαπλέειν τὸν βίον* dicuntur (cf. *Palladae* Epigr. 104. in Anthol. graec.). Epitheto iuventutis सानुराग (Schol. अतिप्रिय) suavitatis aliquid inest, cf. جان شيرين in Persicis, *φίλον ἦτορ Ilias* 15, 251. et contrario sensu נפש יקרה *vita pretiosa, Proverb.* 6, 26.

70. Vituperat iuventutem tanquam omnium malorum genitricem. Codices mire conspirant. *Centum inferna* pro innumeris dicuntur, sunt enim quinquaginta fere tormentorum loca, quae fusius enumerantur *Brahmavaiv.* fol. 71. seq. — *Stellarum dominus, sideridux,* frequens lunae nomen est, sic fortasse in *Hammasae* p. 43. *mater stellarem* contra Schol. dubitantem, qui وقيل في ام النجوم انها الشمس addit. *Intellectus luna* metaphora iam ex nomine dramatis allegorici प्रबोधचन्द्रोदय innotuit. Ceterum omnia ad nomina in ultimo membro conspicua redeunt adiectiva, nos autem perspicuitatis caussa quodvis enunciatum distinximus in versione, ut in versu seq. aliisque.

71. Iuventutem denuo collaudat poeta sed eam solam quae cum pulchritudine coniuncta ad amorem impellit iuvenem. बहुतरक्रीडा sola Edit. Sr. praebet, Codd. C. D. प्रचुर tunc autem metri in gratiam क्रीडाणां legendum, sed licentiam illam qua syllaba ante क्र corripitur caute statuas, legimus igitur cum Cod. A. प्रचुरतक्रीडा° ॥ Imaginem de arbore bene illustrat Schol. यथा जलप्राप्तौ वृक्षाः शोभन्ते तथा यौवनेन शृङ्गाराः शोभन्ते । Idem चतुरता per लक्षणानि reddit. Avis चकोर cui ob mobilitatem oculi adsimilantur, *perdix rufa* est, cf. *Gitagov.* 1, 4, 7. *Mrichhak.* p. 1. ibiq. Wilson in versione; *Raghuvans.* 6, 59. 7, 22. *Brah. Vaiv.* spec. 1, 10. *faciem tuam nectare plenam exhaurio perdicis oculis* h. e. cupidis सुधापूर्णाननं तव चक्षुश्चकोराभ्यां पिबामि ॥ Simili modo चक्रलोचन legitur *Brahmavaiv.* fol. 7. Verbum कलयति Schol. diserte explicat करोति, reliqua faciliora sunt.

72. Nova et usque ad versum 91 tendens incipit sectio, in qua mulieres onerantur convitio, cuius rei exempla sat multa exstant apud omnes Veteres. Dicunt enim: *πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία,* putant *ὡς ἐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός,* vel etiam *δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα* (*Eurip.* Hippol. 627.) quam nominare sufficiat ut vituperium exprimatur, ut *Carcinos* apud *Athen.* 13, 8.:

Ὦ Ζεῦ τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
Ἀρκεῖν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.

Similes loci apud *Hesiodum* Erg. 375. *Theognid.* 600. et *Simonidem* integro carmine. Sententia caput aperiens eos deridet qui meretriculam, cuius pravam norunt indolem sectantur eamque omnibus quibus virgines alloqui fas est, exornant epithetis. Versus est facillimus et id solum observandum, Vocativos foeminini generis कान्ते et reliquos per

synaloephen voculo इति agglutinari, quod insolentius est pro कान्त इति — posses quidem hanc licentiam evitare et vertere: *mea amica* ut *Chaurap.* 27. vel *qualis amica!* sed Schol. vocativum ubique expressit.

73. दयिता *dilecta* magis ad sensum reddimus *misericordem. Ignem* per amorem accensum saepe queruntur poetae, cf. *Mrichhak.* p. 17. *Uttararâm.* p. 57. ज्वलयति तनूमन्तर्दाहः करोति न भस्मसात् । *Mâlat.* p. 147. *Asclepiad.* Epigr. 24. τήκομαι ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ὁρῶν. *Ovid.* Rem. Amor. 731. Sed res est satis trita. Vocabulum दृष्टा ex coniectura in दृष्टा mutavimus ut aliis participiis consona fieret oratio. Schol. desiderantur in slocis hisce omnibus.

74. Sensus est: ἐδ' ὁ μελιχρὸς Ἔρως ἀεὶ γλυκύς. De vocabulo गोचर, quidquid in sensus cadit significante, fusius egit *Lass.* ad Hit. p. 108.

75. Pro एकां मुक्त्वा *unam relinquens* h. e. *praeter* rectius cum Cod. A. scribendum puto एकां उक्त्वा ut plane cum versu, quem ex *Athenaeo* supra produximus conveniat sententia, etsi noster addit: puellam in amore lianae mellitae similem esse.

76. Varia enumerat, concinnitati orationis minime studiosus poeta ut demonstret mulierem omnium vitiorum esse compaginem. Variantes lectiones minoris sunt momenti: A. et C. पट्टणं male legunt, in secundo autem hemistichio iidem cum Schol. विघ्न et recte quidem.

77. Sententia nulla explicatione egens cum vs. 72. quodammodo convenit, contra poetas prolata, qui mulierem semper exornant magnisonantibus attributis. Negatio ना pro न haud insolens est; errores scribarum leviores indicare non attinet.

78. Dicere videtur *Bhartrih.* amoribus capi non posse sapientem sed iuvenem tantum incautum; मूढ ut פתי apud Hebraeos usurpatur. In huius *corde efflorescunt mulierum venustates* h. e. iuvite quasi pellicitur gratiosis ac delenificis puellae illecebris, sicut apis susurrat quando Nymphaea calicem aperit venustum, de qua imagine ad mulieris faciem translata vid. ad Chaur. vs. 34. Sed affirmare non ausim me mentem poetae bene cepisse, neque enim adsunt Scholia. In Cod. A. नवैव loco ना एव legitur, रागो autem omnes Mst. praebent, *ruborem* h. l. proprie designat. षडंघ्रिः *apis* est, idem quod alias षट्पद् *Manus* 7, 129.

79. Idem sensus ut vs. 74. 75. sed pleniore expressus imagine et ad iuventutem proxime pertinens. Variant Codices in scribendo सुनिहर quod unice verum C. praebet; in A. est हरदुदार° non omnino malum, in Edit. हरप°, in D. हरपु utrumque ex सु enatum. Pro आकृतिवर solus B. धर quod ferri potest, immo fortasse habet quo se commendet. पाकफल apud *Amarum* est *Caronda, Karandas, Carissa,* indeque पाकद्रुम arborem sumpsi cui in versione *Colocynthidem* substitui, sed iam vereor ne rectius Srir. तावत् पाकम् scribat.

80. Foeminam cum flumine comparat poeta (ut *Kâlidâs.* in Vikramorv. p. 92. *Chaur.* 44.), mo-

netque ne quis tali amne confidat, quippe qui in Oceanum peccatorum abducat hominem incautum. Convenit fere in his *Bhartr.* cum *Nicarcho* (Epigr. 3. Anthol. III. p. 59.) ubi iuvenes hortatur ut meretriculas, cum navibus comparatas, devitent, ne naufragium faciant; coll. *Horat.* (Od. 1, 5, 6.) *aspera nigris aequora ventis emirabitur insolens* etc. Inversam de fluminibus sub specie mulierum incedentibus imaginem *Kâlidâs.* in Ritusanh. 3, 3. et Raghuv. 16, 63. depingit. De singulis iam videamus picturae, ad Indorum sentiendi rationem conceptae partibus; primum *crines* et *plicas* in puellae ventre (de quibus v. vs. 15.), quas *connivere* h. e. undulare dicit, fluvii undas facit; propr. *undarum habitaculum,* निलय Schol. स्थानं ita ut tota descriptio unum ad कान्ता pertinens epitheton praebeat, quod de reliquis quoque monendum. Attributum sequens ad verbum sonat: *annitentium* h. e. *natantium anatum geminis praedita est per uberum par.* चक्रवाक *anas Casarca* avis aquatica rubicunda est (the ruddy goose) quam fingunt cuiusdam Munis voto noctu a coniuge separatam querelas fundere et dehinc exemplum est amoris coniugalis (cf. Meghad. vs. 82. ib. Wilson. *Kirâtârj.* 8, 56. 9, 4. 14. etc.). Sequitur dein *os Nymphaeae simile,* corrigendum enim ex apographis omnibus वक्राम्बुज pro कारांबुज Edit. cuius sensum non assequor. Hoc modo dicit *puellam* esse कारधरा नदी इयं अभितः क्रूराशया propr. *nisum faciens flumen,* quod de cursu rapido et translate de Veneris colluctatione intelligo, et hanc quidem undequaque, समन्ततः periculosam. Ultima verba in Edit. sonant ज्ञना दूरात्परं त्यज्यतां adoptavimus lectionem Codd. A. C. D. et Schol. qui unicum quidem ज्ञनाः ante oculos habuit, neque tamen Vocativus omnino necessarius.

81. Inconstantiam mulierum queritur, qua fidem non conservant, cf. Niti 2. — Scholia desiderantur hic et in sententiam sequentem.

82. Similes sententiae iam aderant vs. 74. 79. योषितां Codd. A. C. in विषतो *ex veneno* mutant quod sensum mutat et metro Vaitalîyo maxime contrarium; *venenum* praeterea sequitur. Cf. simillimum *Plauti* (Trucul. 1, 2, 75.) *in melle sunt linguae sitae, corda felle sunt lita; Cistell.* 1, 1, 71.: *Amor et mella et felle est foecundissimus. Proverb.* 5, 3. 4. *Mel destillant labia meretricis at postea amara fit ipsa ut absinthium. Mâlatî et Madh.* p. 21. Lass. *adspectus tela melle et veneno tincta* et rell.

83. Sensum exprimit illud graecum: ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή sed sanari posse aspidum morsus docet, nullam vero medicinam paratam contra mulierum dolos; suadet igitur ut sibi caveat iuvenis ab obliquis illis oculorum nutibus tanquam sagittis flammantibus et a iocosis puellarum blandimentis ad modum cristae expansis ut viros alliciant. Textum, in Edit. misere mutilatum e Codd. emendavi. Ablativi redeunt ad योषित्सर्पात्, compositum, ac si dicas: *Weiberschlange.* फणा unde in universum serpentes dicuntur फणिनः proprie *colubris Nagae* Lin. cristam designat, quam expandit irascens, quod, nisi notum esset, *Kâlidâsus* docet, Sakunt. p. 144.: विप्रकृतः पन्नगः फणां कुरुते ॥ De serpentum incan-

tatoribus multa collegit *Bochartus* Hieroz. III. p. 384. qui neque *Arabonis* omisit locum de Indis, sed in eo fallitur Nearchus, quod praeter ἐπῳδὰς nullo eos usos dicit remedio καὶ εἶναι σχεδόν τι ταύτην μόνην ἰατρικήν, semper enim plantae officinales, औषध proprie *annuae* (ab ओषध्यः = फलपाकान्ताः Amar.) simul commemorantur. मंत्र est formula e Vedis desumpta (ऋगादिगुह्योक्तिः *Vaijayantî* a Mallinâth. a Kirât. 4,32.) quam murmurant मंत्रिणः illi sive ἐπῳδοί. Adiectivum इतर ut hoc addam, in compositione vel antepositum vel suffixi instar additum contrarium sensum infert, h. l. *diversus ab illo serpens* id est *verus*, sic प्रज्ञेतर in versu 10. Supplem. est प्रज्ञाद् इतरः *a sapiente diversus* sive मूर्खः ॥ वामेतरं नयनं oculus dexter *Sakuntal.* p. 97. *Mâlat.* p. 135.

84. Aliud simile proponitur de Amore rete tendente per mulieres quo homines tanquam pisces capiat, cf. *Plaut.* Trucul. 1, 1, 21.: *interim ille hamum vorat;* et *Ovid.* A. A. 3, 425.:

Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus;

Quo minime credis gurgite piscis erit.

85. Amor praedo in pulchro puellae corpore insidias struit hominum menti. Simili fere metaphora amor in *Anvari Soheily* inducitur ut dux exercitus, omnes vexillum suum sequi iubens:

لشکر کشید عشق ودلم ترک جان رفت
صبر گریز پای مر اندر جهان گرفت

Amor exercitum ducit et cor meum de vita desperat, patientia aufugit et in mundum abiit. In Cod. A. पान्थः Nominativus exstat *tanquam viator;* Vocativus rem auget. Schol. desunt.

86. Gloriatur poeta se amore puellarum non captum, quod malum magis immedicabile fuisset quam δῆγμα ἀσπίδος (cf. 83.). Primo vocabulo praepositionem वि addidi ex Codd. A. C. D., धन्याः autem, quod in Edit. secundum inchoatur hemistichium, mutavi in दृष्टेः ut Schol. habent, A. दृष्टः C. दृष्टाः D. दृष्टे, in quibus omnibus lectionem illam cognoscas; supplendum autem est: *a vero serpente* (इतराहिदृष्टेः Schol.): putant enim Indi colubres oculorum tantum intutu posse vulnerare. Hanc ob rem दृष्टः *videndus* per vocabulum expressimus *effascinare,* quia βασκάνειν a φάεσι κτείνειν derivant Grammatici.

87. Sensuum oblectamenta hominem a virtutis via abducunt. Correctiones, quas subire versum iussi, omnes Codicum nituntur auctoritate: अथ pro अपि legunt A. C. et Schol. भ्राम्यमाणो loco Instrument. ut ad sensus pertineat, praebent A. C. D. et Schol., हि ante membrum quartum inserunt iidem.

88. „Amoris dementia (fortius ἐπιληψία) tactus nullo modo potest sanari", satis apertus huius versus sensus est.

89. Sententia per se quidem clara structuram praebet paullo intricatiorem si Scholiastam audias, qui omnia parum distincte Plur. पण्यस्त्रीषु adstruit addito solito illo कथं भूतासु; nos vero simplicem versus constructionem secuti sumus, ut sensus emergat: meretrices omnino

omnes esse fugiendas, quare et Schol. एवं आदि·यः *et sic porro* addit. Codices in lectione concordant omnes; in unico D. per hallucinationem scriptum est पुण्यस्त्रीषु. *Lepra* in primo hemistichio memorata est *lepra alba, λευκή*, eodem nomine apud Indos श्वेतं et श्वित्रं nominata. Difficilius paullo ultimum epitheton est, कल्पलता — frequentius कल्पवृक्ष (propr. *mundi, creationis arbor*) *Vikram.* p. 118.: हेम्नः प्ररोह इव जंगमकल्पवृक्षः ut mundi arbor radice aurea (cf. *Meghadût.* vs. 68.) — *arbor abundantiae* in mythis cum Hebraeorum עץ החיים convenit fere et cum *vacca abundantiae* ideo coniungitur (*Nîti* 38.) quod omnia bona suppeditat. Mohammedem in Corano exinde arborem paradisiacam sumsisse Schlegelii est coniectura (*Reflexions sur l'etude des langues Asiat.* p. 13.), sed nomen quod addit *Tuba* a serioribus ex Sur. 13, 28. desumptum, non ad arborem illam pertinet quia طُوبَى لَهُمْ simpliciter est: *felicitas erit illis.* Nomen habet سِدْرَةُ ٱلْمُنْتَهَى Sur. 53, 14. cuius folia sunt ut aures elephantis et fructus sicut hydriae. Huic opposita arbor زَقُّوم Sur. 37, 60. cuius fructus ut capita Daemonum: Neque tamen ulla adest caussa idonea tales de arboribus fictiones ex India repetendi. Poetae saepe arborem illam respiciunt, et ita quidem ut pro *mundo* interdum universo inveniatur, cf. *Mrichh.* p. 38. ubi Charudattus vocatur: *egenorum Kalpavrikshus virtutum suarum fructibus inclinatus* दीनानां कल्पवृक्षः स्वगुणफलनतः in *Brahm. Vaiv. Pur.* p. 13.: *benedictio melior quam Kalpavr.* कल्पवृक्षपरं वरं et ib. p. 95. *o Munis in mundo optime!* कल्पवृक्षमुनिश्रेष्ठ igitur *discriminationis mundus* metaphorice *mentem* significat, huius autem *tela* sunt cogitationis obstacula, quae mentem maxime angunt, plane ut *Nîti* 46. loquitur Bhartrih.

90. E sacris petita imago: meretrix sacrificii quasi flamma est quam pulchritudine sua fomentare studet ut iuvenes iniiciant iuventutes (cuius vocabuli abstracti pluralis est insolentior) opesque. Scholia non adsunt.

91. Meretricum genus, a vilissimis hominibus frequentatum, paterfamilias ne adeat monet. Accuratiori singulorum in altero hemistichio vocabulorum definitione vix opus est, nisi primi fortasse et sexti: चार Schol. हेर quod utrumque deest in Amarakosho, pro *exploratore* sumsi (Man. 9, 256.) qui, etsi magnae utilitatis, pro homine nequam habebatur; विटः mimus est, is, qui in dramatis scurrae personam induit, ac nequam herum comitans sycophanta et parasitus; alias, ut *Mâlat.* p. 135. कन्याविटः, etiam pro mundulo delenifico venit (Mädchenjäger). Schol. recte भाण्डः explicat coll. *Vairag.* 57. Fabularum exactores, saltatores, mimi et id genus alii contemptui habebantur, praesertim ob vitam libidinosam; hanc ob caussam prostibuli os vasculum nominat in quod salivam exspuunt illi. Convenit fere Proverb. 22, 14. 23, 27. שׁוחה עמוקה פי זונה *fovea profunda est os meretricis.*

92. Ultima sequitur huius libri sectio विरक्तप्रशंसा sive ut post versum 98 sonat subscriptio सुविरक्त°; omnino falsa est in Edit. Sr. सुचरित्रप्रशंसा ॥ Agunt enim sententiae quae sequuntur

de firmo mulieres relinquendi consilio ita ut illi दुर्विरक्तप्र० vs. 55. quodammodo oppositae sint, quamvis iam in antecedentibus eadem et similia saepius repetita invenias et tituli ab alia manu ad libitum sint adscripti. — Primum felices illos praedicat qui pulchritudine mulierum se commoveri non patiantur. Scribarum sphalmata vix notari deent, pro तरल in Cod. B. et apud Schol. चपल legitur. उपरिलसत् propr. *superne amplectens* Schol. शोभायमान, idem विकृतिं इति per क्षोभं न इति explicat.

93. Se iuvenilibus lusis iam defatigatum vitam dicit elegisse asceticam quare puellam monet ne oleum operamque perdere velit amplius. In lectione क्षीणो pro क्षान्तो omnia conspirant, quotquot inspexi apographa. — बाल्य propr. *pueritia* est, in mulieribus usque ad annum sextum tendens (*Schol.* Nalod. 1, 5.) in viris बाल: usque ad annum decimum sextum, sed latius tunc sumitur ut *puer* apud Romanos. *Iuventus* यौवनं virorum intra annos 16-70, mulierum intra 16-30 complectitur, postea incipit *senectus* वृद्धत्वं. De virgine immaculata usurpatur कन्या - गौरी - नग्निका et कुमारी sed haec strictim.

94. Eandem sententiam proponit, verbis venatoriis ad res amatorias relatis; cf. *Jacobs* ad Anth. Graec. I. Epigr. 91. — शबर ad tribum illam Barbarorum pertinet quae piscatum simul et venatum exercebat, alio nomine किरात venit (Nalod. 3, 37.), Schol. कैवर्त ut vs. 84. Ceterum शरव Srir. lectio, si pharetram intelligis, potest ferri. — Anusvarus delendus in दल; चोरं habent C. D. alii चौरं utrumque rectum; ज्वाला: autem legimus contra Codd. auctoritatem, Visargum, ut fit, negligentium.

95. Sententia ad eam, quam vs. 17. proposuit proxime accedit: omnia amoris oblectamenta sine virtute esse vana et citissime dispergi veluti extricatas margaritas nulla linea insertas. Virtus autem sive bona opera quae intelligantur facile apparet, sunt गृहकर्माणि praesertim vs. 1. commemorata, officia videlicet erga lares ceterosque Deos omnes sacrificiis praestanda, ita ut sensus simplex emergat: extra connubium et cum legitima uxore voluptatem, nullam decere aliam. Vocabulis सद्र Edit. et सप्र Cod. D. corruptis substituimus सद्मं *domus*, κατεξ. *praestantior* ex Mstis A. B. C. et Schol. *Umbracula candida* divitem et hominem delicatulum designat unde epitheton श्वेतातपत्र: de regibus et sanctis frequenter legitur in *Brahmavaiv.* collat. *Raghuvans.* 9, 15. Tales umbraculas, Indica arundine fulcitas Romanis mulieribus servi umbelliferi praegestabant; vid. *Böttiger* Sabina II. p. 191. et *Paciandium* de umbellae gestatione. — Imaginem de margaritarum filo non intellexisse autumo Editores Sr. त्रुटत् तत् तु किं scribentes; neque forsan scribae omnes perspexerunt, in A. exstat त्रुयत्तन्तु in C. त्रुतन्तुकं Schol. bene explicat: अनंगस्य कलहेन या क्रीडा तस्याः त्रुटत्तन्तुकं गच्छति मुक्ताजालं इव शीघ्रं अभ्यद् एकैकं चतुर्दिशासु प्रयाति separari igitur nullo modo possunt vocabula. Verbum त्रुट् in hac re proprium videtur, cf. similem locum pulcherrimum *Uttaram Râmachar.* p. 13.

96. Hominem devotum parum curare docet mulierum pulchritudinem; talis hominis menti at-

que animo amicitia, Dei puta, comparata est, quam ob rem foeminarum amore non eget amplius. Structuram totius distichi in versione, quantum fieri potuit, retinuimus, de योग et यमिन् h. e. इन्द्रियनिग्रहकर्तृ in libro tertio videamus. Primum hemistichium Cod. B. claudit hoc modo: कृतिनस्तस्य सुकृतैः posterius tamen vocabulum denuo correxit scriba in किमितैः calami errore pro किमु तैः — Nomen *lunae* विधु omnes exhibent, Schol. विकाशितैः περιφράζει. कलश denique sibilante palatali scripsimus ut erat in apographis, quamvis dentali quoque scribatur ut Edit. Sr. corrigi iubet: *hydriam fictilem* significat vocabulum, dein ad mammas translatum. Ceterum quinque sensuum oblectamenta indicari quilibet ipse videt.

97. Amoris potentiam, sacra devotione devictam ridet poeta. Scholia desiderantur, textum igitur Codicum ope sensui maxime idoneo adaptavimus. Verbum कदर्थय् *parvi aestumare, vilipendere* (cf. Sàhity. p. 243. कदर्थय न मां वृथा) propr. est *malam rem habere* कष्टं प्राप्तुं ut Schol. Nìti 75. explicat; intransitive h. l. usurpatur et sensui convenit *fatigare,* quem expressimus. In Cod. B. रे कन्दर्प exstat, quod facile praetulerim ut singulum enuntiatum a quoque membro absolvatur, neque tamen in textum recepi unius apographi lectionem nisi rationes accederent satis idoneae. टङ्कारकैः in eodem Cod. omnino falsum est; de vocabulo झङ्कार vid. vs. 8.: *apum strepitus* vel ad *nervum* pertinet arcus, qui apum serie confectus fingitur vel ad apes, Amoris tela ex floribus constantia, circumstrepentes. In Edit. Srir. porro legitur कोमलं कलरवं — भाषसे sed longe exquisitius est verbum वल्गसे in omnibus Mstis A. B. C. D.; cum Cod. B. vero legendum erat कोमलैः कलरवैः. De vocabulo मुग्ध vid. ad vs. 13., prius in vocativum mutavimus ex Cod. C., primum, ne idem adiectivum in attributo bis ponatur, deinde etiam ne allocutio ad puellam deesset necessaria. Totum vero compositum ad कटाक्षैः retulit Cod. B, lectione मधुरक्षेपैः in क्षिपैः corrigenda, sed लोलैः omnes tuentur reliqui. *Deus lunam in vertice gerens* Sivus est, de quo ad *Vair.* vs. 1. vid.

98. Antequam ad coelestia evehebamur, omnia terrena nos arridebant et in quavis re mulierem videbamus, nunc autem in omnibus rebus summum numen contemplamur. Apposite fere *Meleager* canit (Epigr. 33.):

Ἢν ἐσίδω Θήρωνα, τὰ πάνθ᾽ ὁρῶ· ἢν δὲ τὰ πάντα
Βλέψω, τὸν δέ γε μή, τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

Denuo legitur sententia, quibusdam vocabulis differens, in libro *Vairâgyo,* Edit. Sr. p. 102 et in Cod. B. Scholia ad utramque recensionem diversa sunt non tamen multum, ut concordia vocum suadet, abeunt. Exstirpavimus versum in tertio libro, rectius enim ad Amores pertinet, ibi vero ordinem aliquomodo turbat. Ut autem lector de variantibus lectionibus et de corruptelis quas in secunda recensione passa sit sententia, possit iudicare, tria priora apponamus membra:

यदासीदज्ञानं स्मरतिमिरसंस्कारजनितं
तदा दृष्टं नारामयमिदमशेषं जगदिति ।
इदानीमस्माकं पटुतरविवेकाञ्जनजुषः

Vocabulum अज्ञान altiori sensu sumendum de ignorantia rerum divinarum, cui opponitur γνῶσις sive in hemistichio secundo विवेकः *vera* (तत्त्वानि) *dignoscendi facultas,* quam antea mundanis vinculis impeditam et Cupidinis praesertim tenebris obfuscatam fuisse dicit. संस्कार in Vairâg. loco संचार introductum, *ornamentum* κατ᾽ ἐξ. externum per flores, unguenta et alia quaesitum (*Lass.* ad Hitop. p. 5.), sed etiam *studium* ac *laborem* significat (प्रतियत्नः *Vaijayantî.* Sisupâlab. 3, 54.); utrumque bene quadrat. जगत् propr. *movens* de mundo terrestri ac visibili (दृश्यमानं Schol. Vair.) venit et toto universo त्रिभुवनं opponitur: mundum olim omnem (अशेषं = सकलं) mulierum speciem induere putavimus, ut *Mrichh.* p. 3. loquitur ओदनमयं जीवलोकं पश्यामि *mundus mihi oryza videtur,* iam vero sapientioribus nobis vel invisibilia Dei speciem, ब्रह्ममयं, prae se ferre videntur. तारामयं in Vairâg. et नानारूपं Schol. aperte corrupta sunt ex नारीमयं enata, quod nisi statuas omne sententiae acumen perit; neque इति vel अपि ut B. habet, aeque placet ac verbum अभूत्. *Stibium* oculorum aciem acuit (vid. ad Chaur. 16.), igitur sapientiae tale collyrium adscribit, ideo quod illa eundem visum, antea hebetatum, iam acuerit; Schol. Vair. पटुतरविवेक एव अंजनं चक्षुषा निर्मलीकरणावस्तु ॥ vides igitur आऽवल merum esse sphalma; जुष् autem, forma क्विप् haud infrequens (cf. *Mâlat.* p. 79. शोणितपंककुंकमजुषः pag. 84.), hoc loco coacte tandem locum potest obtinere, Schol. तदेव जुषन्ति सेवन्ते ये ते, vertendum esset: *nobis, qui stibium sapientiae colunt, adhibent;* longe melius tamen Genitivus cum अस्माकं concordat. Quae quum ita sint, in lectionibus acquievimus iis, quas versus ille in libro Sring. exhibet.

99. Versus यामित्यादि in Edit. Sr. librum claudens ad centuriam secundam pertinet et typothetarum tantum errore ad primam relatus est (v. *Colebrooke* introductory remark. p. XIV. not.). Versus gemini, qui sequuntur e Cod. A. desumpti, librum optime claudere videntur, neque tamen, ut in praefatione monuimus, ex ordine quo libri h. l. nominantur argumentum sumi potest, quod illi revera talem ordinem sequi debent. Dicit poeta: inclinationes hominum esse diversas atque invicem inter se distinguendas: alii enim religioni et devotioni (वैराग्यं) addicti sunt, alii mundanis officiis (नीतिः) obstringuntur, alii denique amorum voluptates (शृङ्गारः) sequuntur. Scholia desunt.

100. Quodsi homo mentem in Deum dirigere non possit res mundanas sequatur; illud per *lunam,* hoc per *lotos* indicat poeta et simul ad Centurias ipsas alludit, ut Schol. recte intellexit: अतो नीतिः शृङ्गारश्च वैराग्यं च उक्तं एतेषु यस्य प्रीतिः तेन तद् द्रष्टव्यं ॥ In Cod. D. ubi haec quoque sententia exstat, aliud sequitur distichon, hanc rem clarius exprimens, quod tamen ad totius operis finem relegavimus, vid. infra *Supplem.* vs. 25. Ex coniectura

ceteroquin एव priori hemist. inseruimus ne metrum vacillaret; possis etiam भवति proponere a Schol. constructioni insertum: अस्य स्पृहा भवति. Pro falsa lectione in A. स्पृहामभोग्ये ऽपि ex Cod. B. et Schol. eam recepimus quae in textu comparet.

LIBER SECUNDUS.

DE OFFICIIS.

Centuria sententiarum secunda, quae sub Bhartriharis nomine circumfertur, inscripta est नीतिशतकं sive *de virtute,* nimirum ea quae in officiis erga se ipsum atque alios versatur. Vocabulum नीति: *bonos mores* in genere significat (vid. *Schleg.* ad Bhagav. 18, 78.), inprimis comitatem, liberalitatem aliasque virtutes quae virum exornant, unde de principibus maxima laus est नीतिं sequi (cf. *Nalod.* 1, 5.). Praecepta moralia sive Ethice in libris, quibus est nomen नीतिशास्त्र, traduntur, ex talibus Vishnusarman regis filios erudire instituit (Hitopad. p. 8.) et his revera Bhartriharis centuria, quamvis singulis constans sententiis, annumeranda est. Liber decem minora complectitur capita, agit enim: *de stultitia, de sapientia, de fortitudine ac patientia, de opibus, de pravis hominibus, de bonis et virtutis studiosis, de ope aliis ferenda, de constantia, de fato, de bonis operibus,* ita ut quaeque sectio per decem disticha transcurrat. De aliis ad hanc distinctionem pertinentibus et praesertim de confusione per totam Centuriam in Editione Sr. conspicua, in Introductione egimus. Schol. Cod. A. librum huncce duobus, in laudem Ganesi ac Vishnuis, inchoat distichis, misere laceratis, quibus describendis ac restituendis chartam perdere noluimus.

1. Slocus, in Editione impressa omissus, auspicationis formulam continet ad numen supremum ब्रह्मं, per spatium et tempus indivisum. In codicibus omnino mutilatus est versus, qui tamen abesse nullo modo poterat, praesertim si Scholiastae regulam audiamus, tres Bhartriharis potissimum centurias spectantem: ग्रन्थादौ ग्रन्थमध्ये ग्रन्थान्ते मङ्गलं आचारनीयं इति शिष्टाचारो ऽस्ति ॥ In Cod. A. primum hemistichium hoc modo legitur:

दिक्कालानवच्छिन्नानन्तचिन्मार्तये

omissis, per calami festinationem, post literas चिन्मा syllabis त्रमू, quas Cod. B. suppeditat, sed ne sic quidem metrum perfectum est neque caesura conspicua. In B. exstat:

दिक्कालाद्यनवच्छिन्न°

in qua lectione hypotmesin desideramus tantummodo; ex coniectura igitur bina epitheta induximus Dativi casu efformata, quo facto et suavis rhythmorum numerus restituitur et idoneus praeterea sensus evadit, quem in versione expressimus. दिश् Schol. per दशदिशासु circumscribit, sunt tamen octo tantum coeli plagae, quibus h. l. procul dubio annumerat punctum coeli superius inferiusque, sive ut poeta Arabs in simili descriptione

de Deo praedicat eum esse *a sex lateribus vacuum* عن جهات الستّ خال (*Amâli* vs. 7.) hoc est eum nullum spatium complectitur. Neque minus tempus cadit in Deum supremum, sive praeteritum sit, sive praesens sive futurum, भूतभविष्यद्वर्तमानः त्रिकालः Schol., id quod per कालादि indicare videtur lectio Cod. B. Aeternum igitur est neque ullo tempore divisum etsi mens humana numen illud innumerabilibus sibi effingere possit formis, sive ut idem loquitur carmen arabicum: وفى الاذهان حق كون جزء بلاوصف التجزى — अनुभूतिः = अनुभवः *conceptionem* significat sive vim divinam, qua se in operibus suis manifestat et tanquam ὁμοούσιον sese praebet. Pro शान्ताय in Cod. B. male मानाय scriptum est.

2. Incipit caput de hominum stultitia अज्ञप्रशंसा h. e. *stultorum descriptione*, cuius hic primus versus in Ed. Sr. falso ad librum de amoribus relatus est ut supra vidimus. Queritur poeta de inconstantia mulierum, quae sententia, nisi in omnibus apographis locum suum occuparet, melius sane referenda esset ad caput de mulierum vituperio. Dicit poeta: mulier, quam amo, alium sequitur virum, sed quo minus fruatur illius amore, communis vetat hominum inconstantia, qua aliam vel ille cupit mulierem. Atque hoc illud est distichon ex quo de Bhartriharis vita concludere posse autumant Indi, id quod equidem in observatione tam communi ac lata vix affirmaverim. Videtur potius summam stultitiam hoc versiculo, quo omnibus maledicit, depingere Bhartriharis. Lectionum varietas paucis notanda est: particulam अपि in secundo membro Cod. B. bis ponit; in fine saltem जनो ऽन्यसक्तः, ut et A. praebet, contra metrum. In tertia autem versus parte च cum Codd. A. B. legimus pro अपि. — In fine licentia poetica च इमां observanda est.

3. Sententia sane verissima: qui insciens tantum est (केवलं न जानाति) crudiri potest et multo facilius ille qui rerum iam noscit distinctiones, non tamen facile corrigas eum, qui pauca gloriatur sapientia; cf. vs. 8. Eadem fere κλίμαξ in proverbiis biblicis saepe observatur inter פְּתִי, כְּסִיל et לֵץ. Mendosas huius versiculi lectiones ऽविशेषज्ञः et postea तं नरं iam correxit *Lassenius* ad *Hitopad.* (in Comment. p. 191.) ubi Bhartriharis sententia legitur p. 129. Postremo dicto convenit fere locus *Hitopad.* p. 75: omnibus rebus remedium esse ac coercendi modum; Brahmânem ipsum vix corrigere posse mali hominis cogitationes: मन्ये दुर्जनचित्तवृत्तिहरणे धातापि भग्नोद्यमः ॥ quibus cf. versum arabicum in Scholiis ad *Haririum* p. 37.: لكلّ داءٍ دواءٌ يستطبّ به ۞ الا الحماقة اعيت من يداويها ۞

4. Idem sensus aliis imaginibus illustratus. In singulis vocabulis nulla difficultas, imagines tamen, quae insunt, versione latina vix erant exprimenda: दंष्ट्रांकुर propr. *dentium germen* homericum illud ἕρκος ὀδόντων exprimit; मकर: de quovis monstro marino usurpatur जलविशेषः Schol.; inutilem igitur institueret laborem qui margaritas extricare vellet ex talis monstri ore, ubi nullo modo inveniuntur; Schol. disertis verbis मण्यभाव addit. Fallitur ergo *Rogerius*, vel in hac imagine poetica, animum Missionarii infestum prodens, dum addit:

les payens disent que les crocodiles ont des perles entre leurs dents, mais c'est un grand mensonge; les Chretiens ne l'ont point encore trouvé. ऊर्मिमाला plane germanicum *Wellenkranz* est et de fluctibus decumanis venit; similiter तरंगमाला *Kirâtarj.* 8,28. — चपलत् legimus cum Codice B. et Schol., in A. प्रचुरत् exstat; adiectivum चपलं Edit. Sr. et *Loiseleur* exhibent, sed particip. praes. in talibus compositionibus frequentius est, forte quia *tremulans* Aoristi vim magis exprimit quam *tremulus.* Tertiam imaginem de re ardua et periculosa proponit poeta: ut si quis serpente vellet caput accingere, (cf. Suppl. 24.) cui non opponas: inter mulierum ornatum commemorari δράκοντα περὶ καρποῖς καὶ βραχίοσι, satis enim demonstratum est talia ornamenta, periscelides, annulos aliaque in formam saepius serpentum fabricata, δράκοντας fuisse appellata (*Jacobs* ad Antipatr. Epigr. 21.). De innoxiis serpentibus, quos refrigerandi caussa in sinu gerunt orientales mulieres, talia intelligere dicta, h. l. कोपित vetat, alibi nomen aspidis ipsum.

5. Tres proponuntur eodem sensu de re inani imagines, quarum prima graecum illud adagium ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκειν, et Plautinum: *aquam ex pumice postulare* exprimit; ad stultum corrigendum relata, convenit Proverb. 27, 22.: *si contuderis stultum in mortario,* coll. Siracid. 22, 7. συγκολλῶν ὄστρακον ὁ διδάσκων μωρόν. Verbum पीड् *extorquere* in tali re magnam vim habet, cf. *Nalum* 5, 2. — Altera imago de sole in desertis arenosis refulgente desumpta est, quam speciem aquarum (चित्रं *imaginem*), Indi मरीचिका *radiationem* (ut hodiernum *mirage*) et मृगतृष्णिका *hinnuleorum sitim* appellant, quia vel ipsae ferae in errorem ducuntur aquam expectantes. Saepissime hancce imaginem usurpant Orientales ad spem inanem et rerum vanitatem designandam, sic *Sâhityad.* p. 118. et *Kâvyaprak.* p. 51. *in mundo errare mente, aurea aquarum specie circumdata* कनकमृगतृष्णान्वितधिया; *Hitopades.* p. 132.: मृगतृष्णासमं वीक्ष्य संसारं क्षणभंगुरं; *Sacuntal.* p. 130. et 155. Ed. Chezy; *Vikramorv.* p. 23. p. 19. *Mâlat.* p. 154. प्रमोदमृगतृष्णिका *Vita Timuri* II. p. 508.: لو لم تكن الدنيا وما فيها هباء خيتغور — add. Schol. *Harir.* p. 294. *Lebid* Moall. vs. 15. *Coran. Sur.* 24, 40. ubi Gelaledd. السراب هو شعاع يرى فيها نصف النهار في شدة الحر يشبه الماء الجاري inprimis vid. *Gesenium* ad Iesaiam 35, 7. ubi vir doctiss. veterum et recentiorum loca larga collegit manu. Apud Iesaiam שָׁרָב appellari notum est, quam vocem persicam haud miraberis si vocabula exotica in linguam hebraicam irrepsisse videas alia, v. c. פַּרְוָר pers. فروار *domus aestiva,* 2 Reg. 23, 11.; פַּרְנָךְ pers. فرناك *magnificus,* Numeror. 34, 25. unde *Pharnaces* ille apud Herod. 7, 66.; נִרְגָּן pers. نيرنگ *obtrectator* Proverb. 16, 28. et id genus alia in Genesi, librisque serioribus, sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Vocabulum سراب *faciem aquae* proprie designat, coll. nominibus eiusdem rei persicis كوراب *aqua coeca,* نمايش آب *species aquae* et alia (v. *Ousely* travels I. p. 270.). Nostrates praeterea *Fata Morgana* appellant, quod arabicum videtur فتحة مُرغنة *manifestatio desiderii;* ver-

bum رغن *bibit* et *desideravit* huic rei bene convenit. Ab his, de quibus modo egimus, differunt imagines quae in omnibus Indiae centralis regionibus tempore frigido conspiciuntur et *Seekote* h. e. शीतकोट *frigoris castellum* et *Desasûr,* देशासुर (?) *regionis omen* vocantur. — Proverbialis videtur locutio: *cornu leporis capere* de velocitate leporis simul et de re nihili desumpta, (cf. *Vairâg.* 99.) मृगशृङ्ग *dorcadis cornu* in manu quidem gestant devoti (*Raghuv.* 9,17.) sed hoc absonum esset in hoc nostro loco. — Verbum शृङ्ग speciatim de *venatu* usurpatur, विषाणं *cornu* animalium et *dentem* simul apri et Elephantis significat: विषाणं पशुशृङ्गे स्यात्क्रोडद्विरददन्तयोः *Visvakosh.* Sisupâl. 1,60. Ceterum pro लभेत Cod. A. et Schol. malunt लभेच्च, sed Medium in hoc verbo usitatius est, et च in distichi initio vix locum habet.

6. Convenit sententia in *Hitop.* p. 74. obvia: *centum beneficia vana esse in malis,* असत्सु, *totidem bona verba in stultis,* अबुधेषु; coniunguntur enim et invicem ponuntur *stulti* et *mali* ut apud Hebraeos. Adde proverbium illud Zabiorum: *sapientum praecepta stultis esse inutilia, veluti suibus margaritae* (*Lorsbach.* Museum für bibl. und Or. Lit. Marb. 1807. p. 37. seq.) et similia Proverbiorum biblicorum loca. समुज्जृम्भते correximus e Codd. A. B.; de constructione Infinitivi sanscriti vid. *Boppium* ad Indralok. 1,16. docte disputantem; वाल propr. *crinem, hilum* h. l. idem quod कोमलं significat. — भेत्तुं Cod. B. eodem sensu quo छेत्तुं exhibet; वज्रमणीन् pluralem e Cod. A. et Schol. induximus. *Mimosa Sirîsha* Roxb. admodum tenera, ut iam ex verborum contextu apparet, ad Acaciae species pertinet, flores suavissimi, quos auribus imponunt mulieres, spicarum formam referunt, aristam igitur huius floris intelligit poeta (cf. Chaur. vs. 22.). In secundo hemistichio क्षाराम्बुधेः veram habent lectionem A. et Schol., Srir. क्षरा°, Cod. B. क्षीर° quod casu fortuito in nostrum textum irrepsisse dolemus. Est enim: *lactis oceanus* qui inter maria mythica comparet, sententia vero: mellis guttulâ huius dulcedinem adaugere, (γλαῦκ' Ἀθήναζε) hoc loco et reliquis versus sententiis inepta est. Quamobrem si quis क्षीर° vocabulo veluti क्षीरसिन्धु etiam magnum oceanum, quem Dii turbarunt olim ut nectar pararent (*Kirâtârj.* 9,28.), in universum vult significari, fortius et significantius *salis mare* commemorari ideoque tutius क्षार° lectionem stare contendimus. Ceterum सुक्तैः falso praebent Codd. omnes, scripsi cum Srir. सूक्तैः (e सु + उक्तैः).

7. Sensum exprimit illud: *si tacuisses, philosophus mansisses,* sed omnino convenit Epigramma *Palladae* 76. (Anthol. graec. III. p. 130.):

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
Τὸν λόγον ἐγκρύπτων, ὡς πάθος αἴσχροτατον.

et Iobus 13,5. Multi omnino sunt Orientales in taciturnitate commendanda, praesertim *Hebraei* (Proverb. 10,19. 13,3. 17,27. 28. 21,23.), *Zabii* (*Lorsbach.* l. l. p. 12 - 19.), *Persae* (v. *Pendnam.* et *Gulist.* sexcenties) et *Arabes,* quibus adagium Alidis سكوت اللسان سلامة الانسان semper in ore est. Observandum tamen est omnes hosce populos in loquacitate

periculosum aliquid videre propter imperium, quo coercentur, despoticum, apud Indos autem taciturnitatem solum tanquam signum sapientiae commendari, cf. *Sâhit.* p. 309. ज्ञाने मौनमित्यादि ॥ ex *Raghuv.* 1, 22. errores in Edit. Sr. correximus; pro एकान्तहितं Cod. A. et Schol. legg. एकान्तगुणं quod eodem redit.

8. In Edit. typis vulgata sententia haec legitur *Vairâgy.* p. 110., ubi nexum sententiarum interrumpit; ab omnibus praeterea Codd. ad librum Nîti relata est. Schol in Edit. Sr. paullisper differunt ab illis in Cod. A. conspicuis, neque tamen attinet diversas vocabulorum interpretationes inter se comparare; id unum addo: अकिंचिज्ज्ञः in Schol. impressis, sensui repugnare. Dicit enim poeta: se scientia paullulum tinctum olim, arrogantia fuisse inflatum, donec tandem, sapientia imbutus modestiam didicerit; iam vero hoc ipsum de se profitetur quod Graecorum sapientissimus dixisse fertur: se omnino nil scire (cf. vs. 3). — अनुलिप्तं Cod. A. praebet, conservavimus अवलिप्तं quod sensui metaphorico peculiare est; बुध omnia apographa गुरु illi Ed. Sr. substituunt.

9. Sententia frigoris summi plena, eo redit ut stultitiam demonstret hominum, qui per familiae ac generis pravitatem non monentur ut altiora adeant, sed vitam simili modo contemptam agunt, canis instar, vel Deum adstantem, id quod de Indri statua procul dubio intelligendum, non curantis cf. sloc. 58. *Hitop.* 92. huic sententiae conveniens. Sensus a duobus pendet vocabulis, primum a फल्गुता, abstractum adiectivi फल्गु quod de plantis medulla destitutis et aridis (*pithlefs*) usurpatur, unde फल in textum impressum irrepsit, metro contrarium; Schol. निःसारता bene explicuit. Quae quum ita sint haud male *familiae ariditatem* intelligere possumus de *egestate domestica* quam sublevare non studet infimae gentis homo, quem quidem sensum Cod. B. indicat fortasse, loco जन्तुः lectione मैत्रो, quod cum vocabulo sequente coniunctum *amicos non curat* simpliciter significaret. Obstat tamen, quo minus hanc unius codicis lectionem accipiamus diserta verbi न गणयति explicatio न लज्जति *non pudet* quo Schol. sensum, quem indicavimus tuetur. Pro विगन्धि quod unice rectum (Rogerius: *qui put*), Cod. A. et Schol. interpretamentum विगर्हितं in textum recepere. In निरुपमरसं Schol. secuti sumus qui निरूपं अरसं explicat, videtur ergo रूप vocalis in compositione correpta cf. etiam अङ्गुल et नीरुप.

10. Versus haud inficetus, per editores Sr. omissus, in Codd. A. B. circa lectionem difficultatis aliquid habebat quod primo obtutu ne scholiorum quidem adiumento solvere poteram. Etenim in mythis a Sivi cultoribus profectis, qui quidem hac in re maxime sunt vulgati, Gangâ dicitur ex coelo in Sivi caput primum cecidisse, deinde autem in montem Himâlayum (vid. *Ramây.* 1, 32.), igitur in sententia nostra स्वर्गात् exspectares, ex quo in caput Siviticum, शिरः शार्वं, cadere possit, ut etiam *Rogerius* vertit: *lequel est venu de Surgam sur la teste d'Eswara.* Ablativum metrum quidem permittit, tuentur tamen Accusativum स्वर्गं Codices, et recte quidem Schol. si audias, qui शिरः शार्वं पतति primum enuntiatum et Gan-

gam ex Vishnuis pedibus in Sivi caput profluxisse, ad mythum Vaishnavorum (vid. *Roger.* porte ouverte p. 273.) docet: विष्णुपादोदकं आदौ महादेवस्य शिरः तत्प्रति आगतं पतति ॥ Iam vero his praemissis, facile corrigas lectionem Cod. A. शिरसस्त, ubi particulam तु primum suspicatus eram, in शिरसो ऽतः, praesertim quum B. शिरसस्तः praebeat, ita ut tota structura sit: आदौ शिरः शार्वं पतति शिरसः स्वर्गं अतः स्वर्गात् पतति क्षितिधरं ॥ Aliam in altero hemistichio molestiam parat lectio Cod. A. अधो गङ्गाक्षेपं cuius postrema vox आक्षेपं h. l. *casus, propulsio* cum उपगता non concordat. Glossam sapere videtur nisi merum sphalma pro अधोधो गंगेयं Cod. B., quod et Schol. habent. विवेकभ्रष्टः propr. significat eum qui *e distinctione excidit,* sive अविवेकिन्. Ultimum vocabulum शतमुखैः ad Gangam proxime referendum est, quae in oceanum per centum capita defluere dicitur, alias सप्तमुखी *septem ostia* habens nominata (cf. *Pompon. Mela* 3, 7.); epitheton tamen saepius postremo loco ponitur ad metaphoram absolvendam, ita ut ad reliqua quoque possit referri et hoc quidem loco ad interitum simul stultorum, sive quod idem est, improborum hominum, omnem disciplinam contemnentium.

11. Slocum hunc ad caput primum retulimus non modo ut decem versibus constaret sectio, auspicationis formulam non complectens, sed ob totius distichi tenorem potissimum ac sensum, cui convenit *Proverb.* 17, 12.: *ursa potius orbata occurat viro quam stultus. Rogerius* sententiam omisit neque Scholia adsunt. Lectionem पर्वत, cui दुर्ग melius convenit quam गहन illi in Edit. Sr., debemus Cod. A., retinuimus tamen संसर्गः pro संपर्कः quod idem Cod. praebet. Ex coniectura, ut videtur, *Loiseleur* भ्रान्तुं proposuit: obstant Msta, neque Infinitivus vocabulo वरं solet adiungi (cf. *Hitop.* p. 33. Sl. 144. वरं etc. भक्षणं, न etc.).

12. *Secunda sectio* in laude sapientum विद्वत्प्रशंसा versatur, ita ut per sapientes viros simul probos et virtuti addictos intelligat poeta. Tria eruditorum genera proponuntur: librorum sacrorum interpretes nimirum, horum discipuli et vates in universum, sed variant auctoritates. Videamus igitur de singulis. Per शास्त्रं omnes in genere libri intelliguntur, qui ad religionem non modo sed ad liberalem simul doctrinam et humanitatem ducunt, ut vel *grammatica,* व्याकरणाभिधानादिभिः शास्त्रैः Schol., quippe quae revelata divinitus putetur et ad Vedorum fontes perducat: primum itaque enunciatum: *qui per librorum sacrorum conditos sonos facunditatem oris adepti,* magistros, sive गुरवः indicat religiosos potissimum, quorum discipuli, sive ब्रह्मचारिणः sequuntur. Attamen Codd. A. et B. vocabula sequentia in novum magistrorum epitheton coniungunt, ille: शिष्यप्रदेयागमाः, alter: शिष्योपदेशागमाः *qui discipulorum eruditionem curant;* Rogerius *qui est capable d'instruire les autres,* quod facile sane praetulerim, nisi Schol. per तथा च seiunxisset singula enunciata. In secundo hemistichio uterque Cod. कवयः iterum proponit pro सुधियः, Schol. कवयः तु सुधियः nihil mutavimus, neque in ultimo colo, etsi lectio B. कुपरीक्षका न multo clarior: *mali exploratores, non lapides pretiosi sunt vituperandi.* Verba Schol. adscribam: यथा

महामणयो बहुमूल्याः ते कुपरीक्षकैः अज्ञात्वा अर्घ्यतः मूल्यतः पातिताः शून्यमूल्याकृताः तर्हि अयं दोषः परीक्षकाणां । ननु मणीनां परीक्षकाः कुत्साः स्युः कुत्सिता एव न तु मणयः ॥ Convenit *Hitopad.* p. 55.: *gemma manet gemma etsi in pedibus pendent;* p. 71.: *si adamas stanno circumcluditur, lucet tamen et vitium illi est qui tam male eum inseruit.* In eodem libro p. 26. praecipitur regionem illam esse deserendam in qua nullus sapiens, विद्यागमः. De laude poetarum cf. *Nîti* vs. 21.

13. Subiectum totius sententiae est विद्याख्यं अन्तर्धनं in quo आख्यं *sic dictum* metaphoram indicat, idque sensu quodammodo ironico ut alias नाम (cf. 17. ubi in Scholl. विद्याख्यं pro नाम). Talem suppellectilem dicit semper augeri, quia docendo discimus, neque unquam interituram etsi periodi mundi, कल्पाः volvantur. Gravis sane doctrinae commendatio, in qua multi omnino sunt Indi, quorum lingua pro *sapiente* plus viginti nomina consignavit. Ceterum Edit. Sr. sphalmata correximus, ut ज्ञाति in versus initio, ex solita literarum ज्ञ et य confusione eodem modo infra vs. 32. et saepius; sic ज्ञवन dicitur et यवन *equus celer* यमुना hodie *Djamuna* Διαμοῦνα nomen fluvii etc. उत्याति e Codd. scripsimus pro अच्छति quod nullum sensum praebet.

14. Eruditi haud sane contemnendi sunt, summa enim gaudent potentia, neutiquam casus fortunae timentes, quae non magis eos vincire potest quam culmus levis, quemadmodum elephantes furiosi florum fibris non constringuntur (cf. Nît. 6.). Pessima typothetarum vitia in Edit. Sr. emendavimus. Hemistichia transponit Cod. B. una cum Schol. स्थलानां legens et बिस sibilante dentali scribens; exstat enim बिस, बिश et बिष pro कमलकेशर्. Elephantorum furorem indicat epitheton *humore frontali striatam genam habentes,* sive ut Schol. verbis dicamus: अभिनवा सुन्दरा मदजललेखा तया श्यामायमानगण्डस्थलानि येषां ते.

15. Versum, Edit. Sr. lectionem si sequeris, obscurissimum, e Codd. A. B. quibus ubique adstipulantur Scholia, emendavimus; in hemistich. secundo tamen unius Cod. B. lectionem विधि cum vocab. sequent. coniunctum et अपहर्तुं etsi stare poterant, reiccimus. Sensum Schol. bene indicat: यो यस्य स्वाभाविकः सद्गुणः तद्गुणं न को ऽपि हर्तुं शक्नोति । *Rogerius* in notula addit: Deum ipsum sapienti adimere non posse doctrinam; recte quidem uterque quoniam de virtute et doctrina agitur, plus tamen inest versui, scilicet: Brahmânem ipsum nil valere adversus fatum (विधि) et unum ipsi negatum esse ut infecta reddat quae φυσικῶς menti quasi fuerint inusta (वैदग्ध vid. *Sring.* 52.). Sic Ibin quidem turbare nidumque eius destruere potest numen neque tamen innatam ipsi facultatem auferre valet, qua bibendo lac ab aqua intermixta separat, ut proverbio de hac ave narrant Indi. Eandem rem, fabulam sive observationem naturalem, spectat *Kâlidâsus* in Sakunt. p. 143.: हंसो ऽपि क्षीरमादत्ते तं मिश्रा वर्जयत्यपः ubi *Chezy* (II. p. 250.). Bhartriharis sententiam vertit quidem, sed, ut ex mendosa editione aliter fieri non potuit, liberius.

16. Sententia eodem redit quo nostrum: *vestis non facit virum* (cf. vs. 63.); sermone tamen simul intelligitur sapientia, oratio erudita atque expolita, sive ut simili verbo dicamus λόγος. Vocabulum कृतिनं servavimus utpote exquisitius et bona hominis opera simul indicans; Cod. A. et Schol. पुरुषं denuo legunt. खलु *certe* mutavimus in अखिल ex Cod. A. et Schol. qui सकल explicuit.

17. En summam doctrinae atque eruditionis laudem, illo Ciceronis loco nobilissimo haud sane cedentem: *Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent; delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur* (pro Arch. c. 7.). Sententiam nostram Edit. *Hitopadesi* Londinens. suam fecit sed ex nova demum Edit. Bonnensi expulsa est (vid. *Lassenium* in Comment. p. 14.). Ibi vero ordo membrorum ita variat ut 1. 2. 3. 4. sese invicem sequantur, quorum secundum et quartum hoc modo sonant:

विद्या कीर्त्तिकरी सभावशकरी विद्या परं लोचनं
विद्या जीवनहेतुरत्र भुवने विद्याविहीनः पशुः ॥

Doctrina laudis et publici assensus est conciliatrix; doctrina clarissimum lumen; doctrina vitae praesidium in hoc mundo; doctrina destitutus est pecus. Exstant quoque विद्यातिगुप्तं pro प्रच्छन्नगुप्तं et विद्याक्षयं संबलं *doctrina inexhaustum viaticum* pro विद्या परं दैवतं neque tamen est quod mutemus quidquam quum omnia apographa et vel ipse *Rogerius* textum qualem dedimus, exhibeant, si unum vocabulum शुचि in Edit. Sr. excipias quod in न हि commutant membranae; Roger: *mais l'argent ne peut pas tant servir.* Cod. B. literam शु iam pinxerat, शुचि scripturus, mox vero delevit. Vocabulum पशुः compositione ad sequentia pertinet, Schol. कीर्तिसुखं करोति ॥ *Yatesius* (Gramm. p. 330.) posterius hemistichium ex Edit. impressa haud dubie desumpsit, eadem atque illa legens vocabula. Ceterum ne durius dictum existimes विद्याविहीनः पशुः cf. *Proverb.* 12, 1 et pulcherrime *Mulavi Manovi:*

فرشته رست بعلم بهیمه بجهل
میان هردو منازع بماند مردم زاد ✿

Angelus creatus est cum sapientia, brutum cum stultitia; inter utrumque ambiguum haeret hominum genus.

18. Bona quaedam totidem malis opponuntur (cf. 45. Supplem. 10.), sed non ita quidem ut opposita ubique quaesiverit poeta, in secundo enim hemistichio, ubi cardo sententiae vertitur, tria inducuntur laude digna: *eruditio, modestia* et *poesis.* क्षान्तिः *lenitas* est atque *aequabilitas,* quae ubi adest, *verbis lenientibus,* वचनेन non opus habet. Sic Cod. A. legit et Schol., apud quos sententia, in aliis Membranis et in Edit. Sr. omissa, sed ad caput supplendum necessaria, exstat: lectionem tamen verissimam कवचेन quam tutius in textum recepimus, *Rogerius* prodit: *n'a point besoin de harnois.* Lenitati, iam nulla casside incedenti et omnium animos sibi concilianti, opposita est *iracundia,* quae ubique

hostis instar hominem conturbat. De *cognatis* saepe queruntur Indi et amicum sincerum in rebus adversis longe praeferendum esse fratribus et propinquis, ut veteres Hebraei, docent: cf. *Proverb.* 17,17. 18,24. 19,7. 27,10. *Hidimb.* 1,39. *Hitopad.* p. 98.: परो ऽपि हितवान् बन्धुर्बन्धुरप्यहितः परः ॥ Hoc loco ignem discordiae inflare dicuntur notissima imagine (cf. *Gulist.* p. 212. et *Proverb.* 26,20.) cognati, *amici* contra consilio et opera omnia conciliare, सुहृत्सर्वहितं करोति Schol. — Pravi dein et perniciosi homines serpentibus similes sunt, nam, ut addit Schol., सर्पाः दंशविषेण मारयन्ति तथा दुर्जना अपि छिद्रान्वेषणेन मारयन्ति ॥ Ubi vero *eruditionem,* omnibus laudibus maiorem, अनवद्यां i. q. सुन्दरां, tibi comparaveris, ubi *verecundia* ac modestia tanquam ornatu utaris et *poesi* animum applicaveris, tunc rebus externis omnibus poteris carere.

19. Enumerat virtutes, quibus vita humana, लोकस्थितिः ut ex Cod. A. lego, beata fiat. परिजन *domestici, οἱ περί τινα,* ex Edit. Sr. retinui, परजन ut A. proponit, idem esset quod शत्रुजन in secundo hemistichio. Transpositio enunciatorum in secunda linea et tertia, Codicum A. B. nititur auctoritate, adstipulatur quoque Rogerius. नयो नृपजने melior lectio est quam स्मयः खलजने quum iam de malignis egerit poeta neque स्मयः simpliciter positum contemptum satis exprimat. Particulam तु denique in membri posterioris initio, quae oppositi aliquid semper in se continet, cum च permutavi, quod ipsae membranae confirmant. Scholia desiderantur.

20. De bonorum hominum natura alia quidem sectio sequitur infra, at, quum probi cum sapientibus semper coniungantur et in versuum ordine magna omnino confusio deprehendatur, quam tollere nemo facile possit, sententiam hanc et proxime sequentem suis locis movere nolui, codicem A secutus, alioquin certe melius ad caput sextum pertineant. De bonorum consortio plura vid. *Hitopad.* p. 7.

21. Slocus hic laude poetarum, utpote eruditorum, de sapientia caput optime claudit; vates enim, dummodo recte agant, omnes superant homines, carminibus suis immortales fiunt et in ore virorum semper versantur; cf. supra vs. 12. 18. *Hitopad.* p. 33. sl. 145. et *Kâvyaprak.* p. 182.:

द्दिवमप्युपयातानामाकल्पमनल्पगुणगणा येषां ।
रमयन्ति जगन्ति गिरः कथमिह कवयो न ते वन्द्याः ॥

Ambiguitas exinde quodammodo exoritur, quod सुकृतिनः obiectum quoque esse potest, nos tanquam epitheton poetarum sumsimus, quemadmodum ex ore magistri recepit Rogerius: *celui qui est sage et qui peut faire des livres, ne craint ny la vieillesse ny la mort.* रससिद्धाः et Codd. A. B. substituimus रसवैद्याः Edit. quod eodem redit; in fine autem cum apographis legendum erat भयं ne tota sententia claudicaret, quid enim sibi significaret in Edit. Sr. *illis gloriam non esse ex senectute, morte et nativitate?* यशःकाय compositum est: *gloriae corpus,* poetice dictum, etenim tali corpori interitus sane non imminet.

22. Gloriam, fortitudinem, ambitionem ac magnum animum hocce capite tertio, मानशौर्यप्रशंसा inscripto, celebrans, exempla plerumque sumit poeta de elephantis et leonibus et hoc quidem versu sensum inculcat eum: hominem ad extrema quaecunque perductum, animi generositatem exuere non debere quocum *Luciani* illud ἔλεφας μῦν οὐχ ἁλίσκει conferas. Pro शिथिल: प्राण: ut Vulg. exhibet, Codd. omnes compositum inducunt; Cod. A. et Schol. praeterea शिथिलप्रायो = विगतप्राय: *vitae facultate evanescente* quod ob sequens प्राणेषु fortasse melius. Lectionem dein Codd. मत्तेभेन्द्र qua rei gravitas augetur, praetulimus. केसरी sibilante dentali scribunt librarii, rectius tamen, etymon si spectas, केशरी *iuba praeditus* exaratur; vocabulum दीधिति *radius* ad gloriam ac splendorem transfertur; कवल cum ग्रास *bolo* convenit fere et coniunctim nostrum *Hungerbissen* exprimunt, acsi dicas: *frustum ad famem satiandam.*

23. In eadem imagine pergit versus, quem iam antiquitus fabularum Hitopadesi collector suum fecit. Legitur ibi p. 51. et *Lassenius* p. 91. discrepantium lectionum valorem docte, ut solet, perpendit: स्वल्पं Codd. exhibent, ad अस्थिकं referentes, neque igitur ad epitheton sequens est restringendum; illud autem अवसेक quod ex Cod. Paris. recepit Lassenius, tanquam exquisitius, vereor ne cadat, quum omnes, quos inspeximus Codd. अवशेष id est शेषमात्रं praebeant. In ultimis secundi membri vocabulis Membranas presse secuti sumus: in unica particula च variant auctoritates, A तु legit, B पुन: तस्य, attamen तत् vix abesse potest. Operae pretium videtur versionem *Mokaffae* (Calila p. 83.) adscribere, ut videas quam scite *iumentum* substituerit elephanti, Arabibus minus noto: كالكلب يصيب عظما يابسا يفرح به — كالاسد الذى يفترس الارنب فاذا راى البعير تركها وطلب البعير

24. Hoc etiam distichon sibi vindicavit *Hitopadesus* p. 4. coll. *Calila* p. 83. ubi sensus paullatim mutatus, quia apud Indos ad dogma metempsychoseos spectat sententia. Transpositionem hemistichiorum, ad sensum recte capiendum necessariam, bene instituerunt Codd. A. B. hanc igitur nativam consecutionem libenter adoptavimus. Scholia desiderantur.

25. Emendavimus versum, uti nunc sese habet, e Codd. A. et B. In Edit. Sr. legitur:

द्वे वृत्ती तु मनस्विन: ।
सर्वलोकस्य वा मूर्ध्नि विशीर्यते वनेऽथवा ॥

melius utique Potentialis venit, iam ob metrum quia contra sloci naturam in tertio pede diiambus est (Videsis *Ewald* über einige ältere Sanskritmetra p. 9.). In Cod. A. sententia iterum prostat vs. 104. paucis tantum mutatis, videlicet:

मालतीकुसुमस्येव द्वे गतीह मनस्विन: ।
मूर्ध्निवा सर्वलोकस्य शीर्यते वन एव वा ॥

et in *Hitopades.* p. 31. ultimum distichon sonat:

सर्वेषां मूर्ध्निवा तिष्ठेद्विशीर्येत वनेऽपि वा ॥

In eodem sensu fere *Bhavabhûtis* in Uttararâmacharitro p. 7. et *Mâlati* p. 160. dicit: सुरभिणा: कुसुमस्य सिद्धा मूर्ध्नि स्थितिर्न चरणैरवताडनानि ॥

26. Versus in Hitopadesum receptus, p. 51., atque ex illo, sive potius e communi fabularum fonte Panchatantro versioni Arabicae insertus est, p. 83. ubi hoc modo sese habet sententia: الا ترى ان الكلب يبصبص بذنبه حتى ترمى له الكسرة وانّ الفيل المعترف بفضله وقوّته اذا قُدّم اليه علفه لا يعتلفه حتى يُمسَح ويتملّق. Per अधश्चरणावपातं *deorsum pedem dimittere* canis gestum puto designari illum, quem nos *pedem dare* vocamus. Schol. comparationem inter ambitiosos atque viles homines amplius deducit, quam tamen exscribere haud necesse est, quia sensus per se satis patet.

27. Ex mythologia petita de fortitudine imago est, quam vix intelligas, nisi fabulam ipsam, ad quam spectat, ante oculos habeas. Narratur etenim in *Ramaide* 1, 45. et fusius in *Bharateo*, ex quo *Wilkensius* episodium anglice vertit, nuperrime a *Poleyo* (Chandic. 5, 63.) denuo exhibitum: Quum Dii et Danavi, sive daemones (असुरा:) coniunctis viribus oceanum agitarent olim, ut nectar exinde elicerent, et venenum iam apparuisset a Sivo occultatum (v. *Chaur.* 50.), Rahus, Danavorum princeps, primus, ut immortalitatem sibi compararet, clam gustavit potum; Chandrus vero, sive Deus Lunus furtum ulciscens, caput illi abstulit, quod statim, aeque ac Rahuis corpus, immortale factum, ad coelum tetendit. Iam vero ex inveterata erga lunam et solem simul omnia tuentem, qui factum prodiderat, hostilitate utrumque semper sidus persequitur Rahus atque ex parte devorat quando eclipsin illi patiuntur. Quinque alii in versu commemorati planetae sunt, scilicet वृहस्पति: *Jupiter*, शुक्र: *Venus*, बुध: *Mercurius*, मङ्गल: *Mars* et शनी *Saturnus*, quos etsi praesto sint omnes, non tangit sed praecipuos tantum adit Rahus et id quidem mutilato corpore: eodem modo fortes homines et generosi rem arduam nunquam deserere debent. Vocabulum पर्वन् hac in re proprium, iuncturam planetarum, phases lunae et aequinoctia etiam designat, hoc loco de tempore usurpatur, ubi deliquium patiuntur astra diei et noctis. Fabulam hancce poetae saepe respiciunt, cf. *Mâlati* p. 84.: राहोश्चन्द्रकलामिवाननचरीं दैवात्समासाद्य ॥ ib. p. 155.: आपूर्णाश्च कलाभिरिन्दुरमलो यातश्च राहोर्मुखं ॥ *Chaur.* vs. 10. Nal. 16, 14. et plane similis poetae Arabici *Ali ben Abi Taleb* est sententia (p. 185. Ed. Kuypers):

وفى السماء نجوم غير ذى عدد
وليس يُكسَف الا الشمس والقمر

Etsi in coelo sunt stellae innumeri, tamen sol tantum et luna deliquium patiuntur.

28. Vishnuem Deum in decem transformationibus s. *Avatâris* varia sub specie externa hominum salutem olim quaesiisse et in tertia revelatione sua *apriformi* orbem terrarum ipsum, ne diluvio periret sustentasse, omnibus notum est iis certe qui ad Bhartriharis sententias accedunt lectoribus. Mythum hunc, aliis exornatum fabulis popularibus, sibi sumsit poeta ad exemplum perponendum: generosiores animos magna quaeque sine ulla molestia moliri ac perferre, sicuti *Chaur.* vs. 50. fabula utitur, ut, promissis standum esse et

Kâlidâsus (Sakuntal. p. 92.) ut principum officia (coll. *Sâhity*. p. 239. infr.) demonstret. Docet vero *Bhart.: mare* illum hodieque portare *aprum*, hunc dentibus suis *testudinem* sublevare marinam, in illa ingentem incumbere *serpentem* et hunc tandem, cervicibus porrectis universum terrarum orbem sustentare; qui quidem rerum in hac sententia propositarum ordo, ex simplicissima de Nârâyano imagine enatus paullatim videtur. Spiritum etenim divinum sibi fingunt antiquiores mythologi, sive विष्णुं *omnia pervadentem*, tunc, quod aquas permearet, नारायणं nominatum, aeternitatis serpenti, proprio nomine शेष *discriminatio* nuncupato incumbentem in aquarum facie natasse, donec ex huius Dei umbilico nymphaea exsurgeret quae demiurgum Brahmânem mox emisit in lucem. Ex hac opinione, qua terram serpenti impositam recte poterant concludere, fabula augebatur, quum alii exstarent mythi, qui *testudinem* et *aprum* hoc onere occupatos inducerent: unum igitur alteri impositum sibi fingebant seriores, ad oceanum semper recurrentes, qui tamen ipse in mythologumenis quibusdam aliis elephantis tandem superstruitur. Eandem fere fictionem veteres Arabes excogitarunt seu ex Rabbinorum fortasse fontibus hauserunt et sciscitantibus de universi structura proponunt, quando terram primum per angelum, Atlantem forsitan volunt, dein per lapidem Iacuthum, tunc per taurum, illum denique per piscem ingentem in aequore natantem portari fabulantur. Operae pretium est locum ex Cod. *Damiri*, quem Bibliotheca huius urbis Wallenrothiana conservat, describere; exstat fol. 37. hoc modo: قال وهب بن منبه كانت الارض كالسفينة تذهب
وتجىء فخلق الله ملكا فى نهاية العظم والقوة وامره ان تدخل تحتها وبجعلها على
منكبيه فاخرج يدًا من المشرق ويدا من المغرب وقبض على اطراف الارض فامسكها ثم
لم يكن لقدميه قرار ✿ فخلق الله تعالى صخرة من ياقوتة حمراء فى وسطها سبعة الاف
ثقبة تخرج من كل ثقبة بحر لا يعلم عظمه الله تعالى ثم امر الصخرة حتى دخلت
تحت قدمى الملك ثم لم يكن للصخرة قرار ✿ فخلق الله تعالى ثورًا عظيما له اربعة
الاف عين ومثلها اذان ومثلها انوف وافواه والسنة وقوايم ما بين كل اثنين منها
مسيرة مائة عام وامر الله تعالى هذا الثور فدخل تحت الصخرة فحملها على ظهره
وقرونه واسم هذا الثور لوثيا ثم لم يكن للثور قرار ✿ فخلق الله تعالى حوتا عظيما
لا يقدر احد ان ينظر اليه لعظمه وبريق عينيه وكبرهما حتى قيل له وضعت البحار
كلها فى احدى مناخره لكانت كخردلة فى فلاة فامره الله تعالى الحوت ان يكون
قوامًا لقوايم الثور واسم هذا الحوت بهموت ثم جعل قراره الماء وتحت الماء الهواء
وتحت الهواء ماء وتحت الماء ظلمات ✿ *Refert Waheb ben Menubbah terra est sicuti navis quae abit venitque. Creavit autem Deus angelum summa magnitudine et valitudine instructum quem terram subire iussit et humeris suis portare. Protendens igitur manum*

unam ab Oriente, alteram ab Occidente complexus est terrae angulos illamque sustinuit, neque tamen erat pedibus ipsius quietis locus. Quare creavit Deus lapidem ex carbunculo, in cuius medio erant septies mille foramina, ex unoquoque foramine mare exibat cuius magnitudinem nemo novit praeter Deum. Tunc iussit Deus lapidem subesse angeli pedibus neque tamen lapidi erat fundamentum. Creavit tunc Deus taurum ingentem, cui erant quatuor mille oculi et totidem aures, nares, ora, dentes et pedes inter quos erat distantia itineris centum annorum. Hunc bovem iussit Deus lapidi subesse eumque ferre super dorsum et cornua sua. Vocatur autem bos ille Lutsiâ (?). *Neque porro bovi fuit stabilis locus, quapropter Deus creavit piscem pergrandem, quem nemo poterat intueri propter ipsius magnitudinem et splendorem atque amplitudinem oculorum suorum, ita ut proverbio dicant de eo: si ponas maria omnia in una narium ipsius, sane essent ut granum sinapi in deserto. Huic pisci praecepit Deus pedes subire bovis; nomen autem piscis est Behemot. Sic fundamentum ipsius fuit aqua, sub aqua autem est aer, sub aere iterum aqua, huic denique substratae sunt tenebrae.* — Sed iam ad sententiam nostram revertamus. In priori hemistichio मध्येपृष्ठं singulare quoddam compositum est, de quo cfr. Wilk. Gramm. p. 561. nr. 1074. Schol. recte, पृष्ठमध्ये explicat. In altero hemistichio पयोधिः, ut cum Cod. A. pro पयोनिधिः quod falso Scholia quoque exhibent, legimus, subiectum est: *Oceanus illam* (testudinem) *ab apro dependere sinit,* quod breviter dictum pro: illam testudinem, apri dentibus innitentem, aequor portat. Ceterum serpentis nomen proprium शेषः ex A. B. et Schol. recepimus pro फणी in Edit. Sr. In A. praeterea विधार्यते deleto च scribitur et errore फणाक pro फलक *circulus, scutum.*

29. Aliam mythologicam imaginem proponit ut fortitudinem et mutuum simul auxilium ferendum recommendet poeta. Montes fingunt alis quondam fuisse instructos; quum vero homines frequentissime molestarent et in urbes transsiliendo eas obruerent, mortales ad Indrum sese converterunt, naturae visibilis dominum, qui fulmine iacto pennas montibus intercidit, unde Indri arcus महीध्रपक्षव्यपरोपणोचितं vocatur *Raghuvans.* 3, 60.; ex alis vero abscissis nubes factae sunt, quae secundum Brahmândapurânum vel ex igne constant, vel ex halitu Brahmanis, vel denique ex montium pennis. Erant tamen inter montes qui in Oceanum cadentes sortem illam evitarent, ut *Mainacus* mons, Himavantis filius aliique (*Raghuv.* 13, 7.), ast illi quoque, Indri vigilantiam timentes, ex mari prodire non amplius audent (v. infra vs. 68. et Supplem. 17.). Memorabilis sane traditio, quae, quum ignis eruptiones sive vomitus (उद्गार) simul commemoret, ad vulcanorum, alias उल्काः et ज्वालामुखिनः *flammivomi* dictorum, spectaculum haud dubie pertinet, cui accedit quod montes Indrum lapidum pluviâ aggredi dicantur *Raghuv.* 4, 40. — मघवन् nomen Indri, तुषाराद्रिः *frigoris* sive *glaciei mons* Himavantis est, cuius pennas abscissas per क्लेशविवशं indicat poeta.

30. सवितुरतिकान्तः *solis amantissimus,* in Scholiis et apud *Kâlidâsum* proprio nomine सूर्यकान्तः vocatur Sakuntal. p. 33., ubi eadem imagine monet poeta ne pii, patientia quidem insignes sed ignem intus celantes, irritentur:

स्पर्शानुकूला अपि सूर्यकान्ताः ।
ते ह्यन्यतेजो ऽभिभवाद्दहन्ति ॥

Sed qualis intelligatur lapis disceptari potest: Chezius *crystallum* proponit; *vitrum ustorium* sive *bullam vitream* Rogerius (*une pierre comme un oeil de verre*); Jonesius *carbunculum:* equidem *Topazium* suspicor, qui proprio quidem nomine पीतः *flavus* (unde hebr. פִּטְדָה) audit, sed a sole aliud nomen तपः *sol* traxit, quia radios solares ita imbibere putatur ut tandem in tenebris luceat, ἐν σκότει διαλάμπει (*Diodor. Sic.* 3, 38.). Huic *solis amico* opponitur चन्द्रकान्तः quem lunae radiis, tametsi per se frigidis (v. Sring. 35.) ita fingunt incalescere ut sudore conspergatur; loca indicavimus ad *Chaur.* vs. 2. — Lectionem vulgarem निकृतं servavimus contra Cod. A. et Schol. qui विकृतं ad animi commotionem magis pertinens, inducunt.

31. Sensus est: homines generosos natura sua, स्वभावेन iam ad magna quaeque ferri, neque iuvenili solum ardore stimulatos gloriam accedere; सत्ववतां Schol. बलवतां explicat.

32. Novum incipit caput quartum, cuius inscriptio in Codd. deerat, apud Rogerium tamen legitur *de l'argent,* proposuimus igitur lemma धनप्रशंसा. Imprecationem et quidem ironicam continet sententia e mente eorum, qui divitiis unice intenti, virtutes postponunt omnes. Similia saepe ab omnium gentium poetis proferuntur: in *Proverbiis* exstat (10, 15.) *opes arcem esse divitum;* apud *Motenabbium:* فلا مجد في الدنيا لمن قل ماله graece dicitur: δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα et rell. Ad lectionum varietatem quod attinet, जातु corrigendum erat in यातु (vid. Nit. 13.). अर्थः in singulari legendum esse येन quod sequitur, iubet; in fine autem प्राणाः ut recte habent Codd. — In reliquis Scholiastam secuti sumus, qui जातिं *nobilem originem* per महत्त्वं, शीलं per सद्वृत्तं explicat; अभिजनः tamen hoc loco non videtur *familiam* स्वजनः ut ille reddidit, sed potius significare *natale domicilium, a native spot,* Amar.

33. Ordinem membrorum a nobis receptum servant Codd. A. B. et Rogerius. Ceterum cf. Hitopad. p. 30. ubi plures de auri sacra fame querelae exstant. Schol. desiderantur.

34. Coniunguntur plures res quae aliis corrumpuntur, pereunt atque dehonestantur, verbum enim विनश्यति per Zeugma ad omnes pertinet. In universum quidem sententiae sensus est κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός ita ut cardo in ultimo membro, quod in talibus collectivis observari licet enunciatis, versatur: pecuniam male administratam inutilem esse et evanescere. In Cod. B. दुर्मन्त्रात् *per malum consiliarium* legitur haud male; pro पतिः *dominus,* ut est in Edit. Sr., substitui यतिः *devotus* ut et Rogerius habet, in Codd. प et य simili fere ductu scribuntur, neque adsunt Scholia, sed नृपतिः iam aderat et सङ्गः „studium

et affectus, quo animus vehementer tenetur" (Schleg. ad Bhagav. 2, 48.) κατ' ἐξοχήν de coenobitis usurpatur, cf. *Uttararâm.* p. 25.: सतां सद्भिः सङ्गः कथमपि हि पुण्ये न भवति coll. *Bhartr.* Vaiv. 89. ऋलालनात् in Edit. Sr. aperte falsum est, delevimus apostrophen, apographis et sensu iubentibus; नध्ययन praebet A. scripsimus ergो ऽनध्ययन, अध्ययन enim vulgatae et metro et sensui repugnat.

35. In avaros dictum, ut apud *Saadium* in Gulist. p. 208.: dignus est is ut opes amittat qui neque iis fruitur ipse neque aliis opitulatur. Post नाशः Cod. A. च inserit quod metrum respuit. Scholia desunt.

36. Sententia haud sane, singula si spectas, facilis, in eo vertitur ut demonstret: homines olim divites honore semper frui, etsi divitias eleemosyna pauperibus distributâ amiserint, quemadmodum valor quarundam praestantium rerum atque auctoritas haud destruitur etsi earum vis et virtus debilitata sit. Scholiis caret versus, qui in lectionum varietate simul est vexatissimus, iudicent igitur critici num mihi contigerit sensum ubique divinasse et sententiam sanavisse, certe medelam probabilem attulisse. Primum शाणालीढः ut Edit. exhibet, *cote allisus* esset ac *detritus,* quod tamen de auro potius valeret; de lapidibus pretiosis ne id quidem dici potest quod Rogerius suggerit: *qu'oyqu'une pierre pretieuse devienne plus petite en l'usant.* Verum tamen apographa शोणोल्लीढः scribunt, sed in hoc denuo haereo, neque enim *rubinus,* qui शोणरत्न et शोणमणिः dicitur (cf. *Sâhity. Darp.* p. 121.) quadrare videtur, quare de flumine *Sona,* donec certiora didicerim, intelligam, cuius fluctibus gemma parumper deteritur. Fluvium illum, in Gangem decurrentem et ob auri saltem copiam insignem, unde nomen traxit हिरण्यवाहः Ἐραννοβόας (v. *Schleg.* bibl. Indic. I. p. 251.) lapides quoque pretiosos secum ferre, quum tota fere India illorum sit ferax, vix est dubitandum. Dein pro हेतिनिहतः ex Cod. B. हेतिदलितः recepi, quia निहतः proprie *occisum* significat et in hoc nostro loco ambiguitas certe tollenda erat. Idem Cod., multa ut scriptoris errata taceamus, शरदि et quae sequuntur transponit cum सुरतेत्यादि ex hemistichio secundo; शरदा Cod. A. proponit et cum सरितः contra metrum coniungit. Pertinent haec ad fluminum Indicorum faciem, tempore pluviae prorsus saepenumero mutatam, sive ut est in *Uttararâmach.* p. 35.: पुरा यत्र स्रोतः पुलिनमधुना तत्र सरितां ॥ dicit ergo flumen ipsum manere etsi per alluviones detrimenti aliquid ceperit, sicut in antecedentibus elephantis valorem non imminui ait tametsi urigine non amplius tacti. Initium hemistichii alterius ad lunae phases pertinet, quae lunam ipsam non debilitant; शेषः scripsimus, Anusvaro deleto. Enunciatum sequens singularem simul ac pluralem numerum admittit, praetulimus priorem, sensus autem fere est ut in *Proverbiis* 30, 19. דרך הגבר בעלמה non enim prodit se cum viro rem habuisse. Pro निम्ना in Cod. A. निम्राः exstat, quo forsitan नम्राः *inclinati* significare voluit scriptor, ferendum sane vocabulum, sed praeferendum videtur निम्न proprie *profundus* h. l. depressus, humilis. In Cod. B.

denique राज्ञन्ते legitur et in fine वरा: quod tamen नरा: quoque legi potest. Ceterum Rogerius laudandus est propter ultimam versus partem bene perceptam.

37. Sensus est: eundem hominem, inopia laborantem modo desiderare videas res mundanas, modo vero illum ipsum, ubi desideria expleverit opes spernere omnino; haec poeta indicat per अनेकान्त्या गुरुलघुतया *non uno modo comparatam rem, honorificam simul et levem habitam.* Vocabulum यव per *frumentum* in universum reddidi, proprie tamen *hordeum* et *panicum miliacum* designat, hoc loco vero haud dubio *oryzae* vel etiam *hordeacei decoctum,* quod gratis distribuitur in diversoriis, intendit, iam propter vocabulum प्रसृति *hapsum,* ut Medici loquuntur, quod de liquidis tantum est in usu; Rogerius praeterea de aqua oryzata intellexit. Verbum स्पृह् h. l. fortius quasi *inhiare* est, ubi Dativo et Locativo illi cognato (cf. 42.) adstruitur; huic praecedit genitivus, ut ita dicam partitivus: *aliquid decocti. Oppletum,* संपूर्ण cave ne de fame ac siti exstincta capias, sed de fortuna ampliore dicitur h. l. (लक्ष्म्या ut Schol. addit). कलयति ex membranis recepimus pro गणयति Edit.

38. Versus aureus regibus suadet ut omni cura ac diligentia homines imperio subiectos colant, bonis omnibus recte frui si cupiant. *Terram* sub vaccae specie sibi repraesentare Indos, tum ex vocabulis गौ: et भू: quae *vaccam* simul *terram*que significant, tum ex mytho illo de पृथिवी dea, notum est, quem in *India* (I. p. 252.) illustravimus; sic etiam celeberrima illa vacca कामधेनु et कामधुक् (*Nalus* 2, 18. ubi prima explicatio quam *Boppius* in Notis ad novam edit. proposuit, hac nostra sententia confirmatur) revera tellus est, omnia desideria explens, ut satis indicat poeta cui accedit *Raghuv.* 1, 26. गां दुदोह *vaccam* s. *terram mulsit.* — लोक *homines,* ut saepe complectitur omnes; de कल्पलता supra vidimus (*Sring.* 89.). *Loiseleur,* qui sententiam chrestomathiae suae inseruit, यदि दुधुक्षसि transposuit, quod metrum non admittit; एनां legimus cum A. et Schol., पुषाण Imperativum, (Schol. पोषय) omnia praebent apographa; in secundo hemistichio Cod. A. परितुष्यमाणे, B. परितोष्यमाणे exhibet, cuius alterum ferri potest. अनिशं denique huic verbo non adstruximus sed sequenti फलति ex auctoritate Scholiastae.

39. Cohaeret sententia, quam suam fecit Vishnusarman in *Hitop.* (p. 77.) cum antecedente: ditescere si cupiat princeps et felicitate gaudere, meretricum quasi indolem prae se ferat; neque enim in universum est sumendum praeceptum, sed, uti Rogerius fecit, hypothetice: *un gouverneur du pays se doit comporter* etc. Epitheta omnia ad नीति: sive *vitae rationem* redeunt. In Hitop. alii प्रचुररत्न° in secundo hemistichio, alii प्रचुरनित्र° quod *Schlegelius* recepit, legunt, ut वेश्यांगना pro वारांगना (vid. *Lass.* in Comment. p. 132.): nos nihil omnino mutavimus, quia Codd. omnes, quotquot inspeximus, inter se conspirant et lectionem Edit. Sr. tuentur, quam etiam sequitur Rogerius. Scholiasta tantum मृदुवादिनी inducit et per मधुवा° explicat. Ceterum, ut comparationem recte intelligat lector, Va-

santasenae in *Mrichhakat.* vitae rationem sibi ante oculos ponat, meretricis aeque famosae ac Phryne, Lais, Doridion, Nico Samia aliaeque fuerunt.

40. Scholia desunt et sententia sine dubio facillima est. अज्ञा mendosum, in आज्ञा correximus, iubentibus Membranis ac sensu.

41. Hominum sortem per Deum praescriptam esse sententia inculcat (cf. vs. 89.). Notanda memorabilis figura de libro divino in quo mortalium fata a Deo conscribuntur, quemadmodum hominum facta in tabulas referre Iovem existimabant veteres; cf. *Euripidis* fragm. Melanipp. p. 100. in poetis scenic. Graecor. Edit. Dindorf: coll. Exod. 32, 32. et saep. in Bibliis. निज Schol. स्वकीय ad hominem, non ad Deum pertinere vel ipse contextus docet; vocabulum भाल a भल् *describere, destinare, fatum* hoc loco significat, पट्ट autem proprie *sericum textatum* est, dein *regis diploma,* Indos enim iam antiquitus ἐν σινδόσι scribere consuevisse, Nearchi apud Strabonem (p. 493.) testimonium prostat. Vocabulum फलं in fine coli prioris cum धनं commutant Codd. de frumento, κατ᾽ ἐξ. oryza, desumpta imagine, illud vero de arbore frugifera; nos *fructum* in versione retinuimus ne pulchra periret ambiguitas. Pro नियतं eadem varietate, quam *Chaur.* 42. invenimus, Codd. नितरां h. e. निश्चये Schol., legunt; in vocabulis च न° dein variant, scilicet A. habet ततो नाधिकं B. nova imagine inducta: वनान्ते ऽपि वा *vel etiam in sylva,* neque tamen placet haecce lectio, quia iam sibi opponuntur *solum aridum* et mons *Meru* auro abundans, सुवर्णाद्रौ Schol. — In hemistichio secundo त्वं धीरो recepimus ex A. et Schol., quia sententiae vim auget, तद्धीरो esset *quapropter* तस्मात् कारणात्; pluralem denique *cadi capiunt* sola Edit. Sr. praebet. Ceterum ad sensum proxime accedit illud *Mewlani*

کر بریز بحرا در کوزهٔ ۞ چند کنجد قسمت یک روزهٔ

42. Primus in sectione दुर्जनप्रशंसा versus vitiorum enumerationi illi vs. 52. fere opponitur, facillimus ceteroquin est neque scholiis instructus. Inter lectiones variantes secundi membri eligenda erat ea quae maxime est concinna in casibus similibus; in B. ubique genitivus est परधनस्य हृति परयोषितां, in Edit. Dativus, sed sequente Locali परधनाय रतिः परयोषिति, in A. Locativus utriusque nominis, quem adoptavimus, praesertim quia च abesse vix poterat. Quae restat lectio B. स्वजन haud spernenda est.

43. Legitur distichon in *Hitopades.* p. 22. cuius lectiones eo libentius recepimus, quod in secundi hemistichii vocabulo भूषितः pro अलंकृतः Codd. conspirant omnes; in priore A. legit विद्यया भूषितो ऽपि सन् B. autem: विद्ययालंकृतो यदि ॥ *Rogerius* ex mente quorundam Indorum refert angues olim rubinos in capite gessisse (collat. Raghuv. 17, 63. सर्पस्य शिरोरत्नं ।) quae quidem opinio ex hac sententiae imagine forsan enata est, cui accedit quod फणा serpentis gemma frontalis vocatur. Narrant quidem veteres δράκοντος λίθον sive *Dracontitem* in draconis capitibus inveniri (*Poseidippi* Epigr. 15. a., in Anthol. II. p. 50. Plin. 37, 37.) sed vix de hac re sermo est apud Bhartriharim. Scholia non adsunt.

44. Ad calumniatores et malevolos redit sententia qui omnes virtutes in vitia convertunt, sive ut adagium graecum loquitur: *φαςὶν κακίςους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.* Lectionum varietas nulla adest praeter unum in membro secundo vocabulum ऋजौ *recto,* quod Cod. A. una cum Schol. in मुनौ commutavit, et recte quidem, opposita si spectas: sequens enim विमतिता est प्रज्ञाराहित्यं ॥ Cetera nulla egent explicatione.

45. Singula distichi enuntiata paullulum circumscripsimus ut linguae latinae ingenio consuleremus, etenim in talibus sententiis collectivis ut ita dicam breviloquentia, coniuncta simul vocum *πολυσημείᾳ,* obscuritatis aliquid parat praesertim si forte pronomen in genere duobus substantivis correspondet, his insuper metri necessitate transpositis, ut in Suppl. vs. 10. राज्यं किं प्राज्ञाफलं quod, nisi contextus obstaret, reddere posses: *quid sapientiae fructus valet prae imperio?* Amant enim poetae interrogatione किं res enumerare diversas (cf. vs. 18.), ita ut *libido quid de virtute* revera sit: nil inhonestius est libidine; in aliis vero phrasin solvere debemus: *non opus est hac re quando adest illa.* Quae si recte suis locis capiuntur, versum, scholiis destitutum, facile intelligamus, cuius sensus in universum est: suis virtutibus contentum hominem, malorum calumniam curare non debere, ita ut vis omnis cadat in *malam famam* in fine nominatam, quae tamen morte peior est reputanda. लोभश्च चेद् contra metrum scribunt Codd. A. et B., variant vero omnes in secundi hemistichii vocabulo किं नित्ते: Edit. Sr., किं गुणै: B. (forte गणै: voluit) et किं जनै: A.; posterius in textum recepimus hoc sensu ut multis hominibus non sit necesse quando bonorum consortium contigerit. सुमहिमा ut Cod. A. vocabulum sequens consignavit, male सुमहीमा scribens, reiiciendum duco, idem enim स्वमहीमा denotat ac महात्म्यं.

46. Citatur versus in *Kâvyaprakâso* p. 166. et exinde in *Sâhityadarp.* p. 357. tanquam exemplum bonarum rerum cum pravis coniunctarum, सदसद्योग:, sive vitiis laborantium. Annotat auctor esse aliquos qui in universum sumant sententiam et ad improbum referant omnia quae enumerantur mala; alios autem qui contrarium in quovis enuntiato septenario ponant. Recte quidem, tametsi ad hominem vilem, in fine commemoratum, omnia tendant. Num मुखं अनक्षरं स्वाकृते: recte intellexerim de homine pulchro sed muto prorsus et indocto, affirmare non ausim; Scholia enim desiderantur. Veram vocabuli नृपांगनगत: scriptionem uterque supra laudatus liber rhetoricus praebet, proprie est: *qui principis atrium adit. Telum menti infixum* proverbialis est locutio pro eo quod ingratum habetur et cordolium, sic हृदयशल्यं legitur *Mâlatî* p. 26. 110. *Vikramorv.* p. 4. प्रियनाशं हृदि शल्यमर्पितं *Raghuv.* 8, 87. et saepius.

47. Posterius hemistichium adagium sapit a sacris petitum, quod iisdem fere verbis *Saadi* expressit in *Gulist.* p. 21.:

اگر صد سال گبر آتش فروزد ✿ اگر یکدم در او افتد بسوزد

होतृ sacerdos est qui sacrificio in solem, *Homa* dicto, praeest, होमकर्तृ होमसमये Schol. — Pro particip. जुह्वन्तं in Cod. B. et Schol. जुह्वानं legitur.

48. Ordinem, qualem exhibuimus, membrorum, contra Edit. Sr. et *Hitopades.*, ubi versus exstat p. 48., tuentur Membranae, Scholia, *Rogerius* et *Jonesii* versio (Opera Vol. XIII. p. 67.). In correctionibus levioribus a nobis factis conspirant apographa neque attinet singula Edit. Sr. sphalmata referre. मूर्खः vero pro मूकः nullus Cod. praebet, neque illud Hitopadesi वसति नियतं etsi in his vocibus mirum aberrant Mstt.: प्रभवति तदा Cod. A. proponit et falso quidem ob constantem sibi verbi भू cum प्र significationem: भवामि च तथा Cod. B. reiecimus, quia tertia postea sequitur coniunctio अपि. Idem Codex transponit जल्पको वातुलो वा, melius sane, quia secunda vox paullo fortior est, nostrumque *Windbeutel* et origine et significatu exprimit. Alia vocabula ad contextum magis quam ad vim propriam reddidimus, veluti न अभिजातः propr. *abiectus, e genere obscuro,* Jonesius: *an errant rascal* et rell.

49. Ex malorum hominum consuetudine mala tantum oboriuntur, sive ut *Saadi* loquitur: *qui cum malis consedit, bonum non videbit* هر كه به بدان نشيند نيكى نبيند (*Gulist.* p. 223). उद्भासित° est येन खलत्वं प्रकटीकृतं, secundum membrum ita solvendum: प्राक् पूर्वं जाता सा विस्तृता निन्दा स्वकीया अधमकर्मणां वृत्तिर् यैः legit enim वृत्तैः in fine Schol. neque omnino mala est lectio. Idem गोचरगतैः reddit समीपवर्तिभिः पुरुषैः कैः सुखं नैव उपविशतुं शक्यते । Sic bene singula vocabula explicat Commentarius, praeter unum विशृङ्खल quod propr. est *Zona solutus* (de cognato vocabulo *Hemachandrus* ad Sisup. 2, 62.: उच्छृङ्खलोद्दामानियंत्रितमनर्गलं), eadem metaphora qua Romani paratum ad negotium et expeditiorem *praecinctum* vocant et *alte cinctum* et in *Hammâs.* p. 379. كميش الإزار خارجٌ نصف ساقه secundum Schol. est مثل فى الجد والتشميى, imbellem autem et effoeminatum *discinctum;* plus tamen vitii vox sanscrita in se continere videtur, praesertim quum शृङ्खल de elephantis quoque compede veniat.

50. Sententia pulcherrima, quam ex Rogerio iam diu germanice reddidit *Herderus* noster (Zerstreut. Blätt. 1792.):

Wie der Schatte früh am Morgen
Ist die Freundschaft mit den Bösen;
Stund' auf Stunde nimmt sie ab.
Aber Freundschaft mit den Guten
Wächset wie der Abendschatte,
Bis des Lebens Sonne sinkt.

Similiter in *Kirâtârj.* 9, 10.: *malus amicus bonum relinquit sicut crepusculum,* et eodem fere modo in *Proverb.* 4, 18. de iustorum via dicitur: eam ut solem fieri magis magisque

splendentem usque ad meridiem, malorum autem viam caliginis instar. Bhartriharis locum coniectura restituisse mihi videor, nam ut concinna fieret oratio, necessarie legendum erat खलसज्जनानां quamvis omnes Codd. खलु *certe* praebeant. Scholia desiderantur.

51. Ultimum vocabulum जगत् metro, sensu et Codd. iubentibus in जगति commutavimus, reliquas vero scribarum festinationes tacite omittamus. Scholiis destitutum est distichon ut etiam quae sequuntur, bina 52. et 53.

52. Sequitur caput sextum सज्जनप्रशंसा regulas continens et praecepta moralia diversa quae ad नीतिं proxime pertinent. परगुणे e Codd. A. B. loco गुणिगुण recepimus ut sensus postulat. Lectionem Cod. A. यथैतेषु नरेषु in orationis clausula pro एते यत्र वसन्ति notare tantum licet ne quid desideres. शूलिन् *tridentem gerens* epitheton Sivi notissimum est. Reliqua faciliora sunt.

53. Recepit sententiam hanc fabularum Hitopadesi collector, ubi p. 13. prostat. Lectio non variat nisi quod Cod. A. अभिरतिः *gaudium* pro अभिरुचिः *splendor, amabilitas* proponit; Jonesius: *in fame resolution to preserve it,* coniectura, ut videtur, reddidit. Per श्रुतिं propr. *audibile,* Vedos intelligi constat.

54. Huius versus in singulis vocabulis paullisper intricatioris mentem omnino me cepisse affirmare non ausim. Primum enim enunciatorum interstinctionem, prout ex auctoritate Schol. constituimus, in dubium vocare liceat, ut ab initio statim, ubi *donum praebere hospiti* simplicior forsan et magis nativa sit verborum iunctura, ita ut सम्भ्रमविधिः pro se ipso stet et *modestiam* significet. Hanc enim significationem संभ्रम habere, docet *Visvakoshus* (cit. *Kirât.* 9, 54.) संभ्रमः साध्वसो ऽपि स्यात् संवेगादरयोरपि ॥ Schol. vero nil nisi आदर *initium, observantia, lascivia* addit, igitur *observantiae norma* hospitalitatem designare debet ac comitatem in omnes qui domum aggrediuntur. Dein membro secundo Edit. Sr. et B. legunt त्राप्युपकृते: (sic enim in Genit. corrigendum) affirmative scilicet, ita ut उपकृतिः *retributio* passive sumatur de ope quam alii tibi tulerunt: nos tamen cum Cod. A. न legentes, sensum activum praetulimus ut fecit Schol., एकस्य उपकारः कृतः तस्य कथनं न करोति explicans et ante सद्सि interstinguens, quamvis vocabulum hocce ad antecedentia quoque pertinet. In altero hemistichio obscuritas, quae ex lectionum varietate, sive potius corruptela oboritur, Scholiorum ope tollitur: लक्ष्मेः in Ed. omnino falsum; Cod. A. लक्ष्म्या Anusvarum tantum neglexit; Locativum integrum Commentarius praebet. Idem अनुत्सेकः per अगर्वः explanat, sed habet forsan, quo se commendet lectio Cod. B. अनुत्सेका लक्ष्मी *fortuna non superba.* Vocabulorum sequentium sensus pendet ab अभिभव [भू cum अभि *superare*] et सार quod hic, opinor, naturam, potestatem denotat, ita ut *de aliis sermones facere liberos a superbiae (insolentiae) natura* dicere nobis videatur poeta; his tamen paulisper alienum habemus, nisi fallimur, Scholiastam, lectionem aliam secutum verbis: सत्कथाः भवसाराः परमार्थरूपाः निरवधिकर्तव्याः legit enim Cod. A. निरवधिभवसाराः unica

syllaba metrum turbans. Clausula denique orationis, in qua epitheton असिधार (cui arborem conferas in inferno असिपत्रं Raghuv. 14,48.) proverbii naturam sapit pro re molesta, कठिनं, mox recurret vs. 61. et per interrogationem केनोद्दिष्टं negative sumenda est: *a nullo demonstratum* न केनापि, quod idem exprimit ac स्वाभाविकं, प्रकृतिसिद्धं aliaque huius generis vocabula, *animo* scilicet *insitum*.

55. Enumerat poeta virtutes quae cuique hominis membro conveniant: श्लाघ्यस्त्यागः est *optima relictio* quod nomen ut reliqua in verba resolvimus, mallem tamen श्लाघ्यत्यागः, ut ad *beneficia* simul et ad *vitam devotam*, omnia bona spernentem, pertineat. Vocabula स्वस्था वृत्तिः *sibi constans conditio* e Cod. A. recepimus, quum स्वेच्छा वृत्तिः non bene quadrare videretur; reiecimus vero eiusdem Cod. lectionem अधिगतैकव्रतफलं Scholia non adsunt, neque in distich. sequens.

56. In vocabulo कर्कश quaesita latet et elegans amphibolia, non solum enim *perdurum* significat et *violentum* sed plantam etiam designat शान्दारोचनि nomine, quae liliae aquaticae h. l. opponitur. Ceterum cf. Zabiorum similem sententiam apud *Lorsb.* l. l. p. 13. *Proverb.* 10, 25. *Horat.* Od. 3, 3, 7. et *Anvari Soheily: Vir tenax propositi is est, qui non ex loco movetur etsi volvatur orbis terrarum sicut coelum; est ut Simurg, quem nec procella e loco aufert, non ut passer qui fistulae spiritu cadit:*

مرد ثابت قدم آن ست که از جا نرود
ورچه سرگشته بود گرد زمین همچو فلک ۞
مثل سیمرغ که طوفان نبرد از جایش
نه چو کنجشک که افتد بدم از باد تفک ۞

57. Sententia haec elegantissima ab *Herdero* germanice reddita et multis iam seculis ante a *Saadio* in Bustano persice exhibita est, cuius fabulam satis notam denuo vulgavit *Chezy* ad Sakunt. Vol. I. p. 231. — तन्मौक्तिकं loco मुक्ताफलं Edit. legimus ex Cod. A., quia B. quoque तज्जायते मौक्तिकं praebet. स्वाति et स्वाती propr. *Arcturus* est, tum de stella quavis fausta (महानक्षत्र Schol.) usurpatur; opinio, ex veterum populorum, a stellarum positione omnia auspicantium, Astrologia petita. In Cod. A. संवासतो quod magis vulgare, pro संसर्गतो exstat. Ceterum in comparatione κλίμαξ notanda; de malis ne nomen quidem manet; meliores pro tempore tantum nitent, optimi vero in perpetuum.

58. Pronomina addita rem augent, ac si dicas: *ille verus est filius* et sic porro. यः प्रीणयेत् Cod. A. exhibet minus bene quum verba sequantur positiva; idem in secundo hemistichio सुतं च समक्रियं यद् proponit coacte, quare equidem in vulgata tersiore lectione permanserim. In vocabulo कलत्रं pro *uxore* eadem latet imago quae Graecis ac Romanis vulgaris, sonat enim *seminis* (cf. *Chandic.* 11, 5.) *vasculum*, ut alias क्षेत्र *ager* (*Manus* 3, 175.). Notissima sunt *sulcus* (*Priap.* p. 95.), *muliebria conserere arva*, ἀλλοτρίαν σπείρων, ἄρουραν ἀροῦν et rell. cf. *Sophocl.* Oedip. Tyr. 1210. *Eurip.* Phoeniss. 18. Hebraei *puteum* (בּוֹר) dicunt,

Arabes *vestem* (لباس). — Amicum in malis cognosci, saepe agnoverunt Indi, cf. *Hitop.* p. 21. Scholia desiderantur.

59. Commendatur hoc versu animus submissus ac lenis qui aliorum famae et fortunae unice intentus gloriam ipse exinde assequitur. Pro vulg. नुतिभिः in Codd. A. B. et Schol. legitur कथनैः quod in textum recepimus, Schol. praeterea स्थापयन्तः *stabilientes* ante oculos habuit. Idem in membro secundo विगत male scribit pro विनत, *inclinatus* autem est *omni labore nitens*. पृथुतरा porro, quod in प्रियतरा mutat Cod. A., servavimus, यत्नः tamen, in pluralem fortasse numerum mutandum, ex Cod. B. in Instrumentalem casum convertimus. क्षान्त्यैव membranae omnes exhibent; pro दुर्मुखान् A. induxit समन्तात् quod tamen unius codicis fide noluimus recipere, praesertim quum in toto hemistichio secundo adnominationem aperte captaverit poeta, qua de caussa ultimum quoque verbum ऽभ्यर्चनीया: ut A. et Scholia habent, videtur praeferendum. Initium certe lineae quartae intactum debet servari: Cod. A. et Commentarius सन्तो ऽप्याश्चर्यचर्याः legunt, sed चर्यः idem valet quod वर्यः scilic. श्रेष्ठः

60. Versus in Edit. Sr. omissus in Cod. A. numerum vigesimum sextum prae se fert quidem, sed ad caput nostrum cum Rogerio referendus est. Varia praecepta moralia continet, quae in Vedis aliisque libris sacris exstare poeta testatur, ita ut Octologum appellare possis versum; vetat nempe caedes, furtum, mendacium, commendat beneficia, continentiam, castitatem, modestiam et prae caeteris in omnes homines benevolentiam atque amorem. Verba singula faciliora sunt, neque variantes deprehenduntur lectiones in uno, quem consului, Cod. B.: non enim exstare videtur sententia in D. et Tayleriano codice ceteroquin corruptissimo.

61. Cod. A. primi hemistichii membra transponit et ante असन्तः particulam तु inserit. Vocabula प्रिया न्याय्यावृत्तिः quae Schol. per विध्युक्तं वर्तनं explicat, de tali intelligenda sunt vitae ratione qualem doctrina de moribus praecipit, ita ut Adiectivum न्याय्य *conveniens* ad Ethicam, Nyâyam, alludat simul; Scholiorum विधिः ambiguitatem non tollit quum de *fato* et *praecepto* dicatur: quaecunque autem est conditio illa vel moralibus demonstrata praeceptis, vel fato circumscripta, ea *cara*, प्रिया, debet esse homini. De clausula sententiae vid. supra vs. 54.

62. Incipit caput pulcherrimum, प्रदानप्रशंसा inscriptum, hoc est de beneficiis praestandis, de gratitudine animi et in universum de ope aliis hominibus ferenda. Primus huius sectionis versus suavissimus in *Kâlidâsi* exstat Sakuntala p. 97. et disceptari sane potest num sententiarum collector sententiam ex illo sibi sumpserit dramate, an vero poeta celeberrimus, Bhartriharis nostri aequalis, distichon hocce, popularibus iamiam notum, fabulae suae inseruerit. Hoc ultimum mihi veri similius est, quia et Bhavabhûtis aliique opera sua talibus sententiis tanquam gemmis ornavere. *Chezius* ne verbum quidem de hac re protulit,

cui melius sane ex variis codicibus ad literas Indicas illustrandas consuluisset, quam quod exercitia iuvenilia nobis delibaret. Lectio दूरिविलंबिनः in Edit. Cheziana falsa est; in Edit. Sr. Bhartr. भूमि exstat, in codicibus A. B. unice rectum भूरि *multum* legitur, quae vox, cuius repham दूरि in Sakunt. servat, in compositis tantum adhibetur sed propria vi, ut autumo, quum obsoletus videatur Localis vocabuli भूः quasi χαμαίφορον, *in terram versus,* erit igitur: *multum innitentes, tangentes.* Imagines de liberalitate a *nubibus* et *arboribus* desumptae apud Orientales perquam frequentes sunt (vid. Interprett. ad Proverb. 11,25.); pauca addam exempla ad ultimam comparationem pertinentia. *Hitopad.* p. 19.: *arbor umbram non detinet obliquam ab illo qui abscidit*

छेत्तुः पार्श्वगतां छायां नोपसंहरते द्रुमः ॥

Distichon ab *Halhedo* in praefatione ad leges Indicas p. 24. adductum, sonat: *Vir benignus, aliorum saluti prospiciens, odium neque interitus tempore fovet: arbor Santalina, vel in deiectu, dolabrae oram reddit fragrantem.*

सुजनो न याति वैरं परहितबुद्धिर्विनाशकाले ऽपि ।
छेदे ऽपि चन्दनतरुः सुरभयति मुखं कुठारस्य ॥

Mrichchhak. p. 146.: *Amicorum aves libenter adeunt virtutis arborem illam, virtutibus tanquam fructibus ornatam, quae praestantiam ceu truncum habet, modestiam pro ramis, honorem pro radicibus, magnitudinem pro floribus.*

गुणप्रवालं विनयप्रशाखं
विस्रम्भमूलं महनीयपुष्पं ।
तं साधुवृक्षं स्वगुणैः फलाढ्यं
सुहृद्विहंगाः सुखमाश्रयन्ति ॥

Saadi in *Gulist.* p. 209.: *arbor liberalitatis ubi radicem agit, ad coelum usque ramos et celsitudinem extendit: quodsi igitur ex illa fructum percipere cupis, cum exprobratione serram ne admoveas ad illius truncum.*

درخت کرم هرکجا بیخ کرد
گذشت از فلک شاخ وبالای او ✿
گر آمید داری کزو بر خوری
بمنت منه آره بر پای او ✿

quibus adde Adagium arabicum: *dives absque liberalitate est ut arbor sine fructu* غنى بلا
سخاوة كشجر بلا ثمرة. Scholia desiderantur, ut et versibus 63. 64.

63. Externa non condecorant virum ornamenta sed virtutes. Viros in India nobiliores *inaures* gestare iam ex *Curtio* 9, 1. discimus: *rex Indicus cum duobus filiis occurrit. — Lacerti et brachia margaritis ornata erant, pendebant ex auribus insignes candore et magnitudine lapilli.* Correctiones a nobis factae Codicum nituntur auctoritate; in B. praeterea exstat

कल्याणकुलानां lectio satis bona, in A. denique परोपकारैर्न ubi particula saltem तु sive च erit delenda.

64. Amici constantis virtutes describuntur, inter quas praeceptum hoc praecipuum: *μὴ φεῦγ᾽ ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον* apud Indos saepius inculcatur. In Cod. A. गुह्यं च exstat, in B. गुह्यं निगूहति, retinuimus tamen pluralem ob पापान् et गुणान्.

65. Conferri quodammodo potest gnoma Zabiorum (apud Lorsb. p. 14.) et illud Evangelicum (*Matth.* 5,45.) de sole in bonos malosque lucente; quibus adde *Hitopad.* p. 19.: lunam vel Chandali domicilium radiis collustrare. Primi hemistichii nostri similitudines *Kâlidâsus* expressit, Sakunt. p. 107.:

कुमुदान्येव शशाङ्कः सविता बोधयति पङ्कजान्येव ॥

distinguendum enim est inter *Nelumbium* speciosum, rubrum, (पद्म, पंकज et rell.) interdiu florens lilium aquaticum, et inter *Menianthem*, sive *Nymphaeam*, (कुमुद, कैरव) lotum esculentam, candidam, quae noctu flores expandit et lunae nomen dedit unde *Raghuv.* 17, 75.: *lunae radii haud penetrant in Nelumbium* (पद्मे) *neque solis radii in Nymphaeam* (कुमुदे) vid. ad *Sring.* 38. De Nelumbio rubro pulcherrime Bharavis (*Kirâtârj.* 9, 3.): *radiantibus manibus sol, valde sitiens, loti spiritu nimium gustato, ad ebrietatem redactus, ad occasum vergens purpureum corpus gestiebat:*

अंशुपाणिभिरतीवपिपासुः पद्मजं मधु भृशं रसयित्वा ।
क्षीवतामिव गतः क्षितिमेष्यल्लोहितं वपुरुवाह पतंगः ॥

In Edit. Sr. tertium versus membrum sonat नाभ्यर्थितोऽपि जलदः सलिलं ददाति, lectio a nobis recepta Codicum est A. et B., Scholiis confirmata. Ceterum चक्रवाल *orbis* proprie *coelestis* est, h. l. lotorum copia पद्मसमुदाय.

66. Homines in quatuor classes dividit poeta, ita ut a bonis distinguantur primum *intermedii*, मध्यमाः qui, ut Schol. optime illustrat आदौ स्वकार्यं कृत्वा पश्चात् परकार्यं कुर्वन्ति, dein *peiores*, कणिष्ठाः ad suam utilitatem omnia referentes, quos राक्षसान् *daemones inter mortales* vocat vel diabolicos ut nos diceremus. Pro pessimis autem, अधमाधमाः sive malevolis, qui ex alienis malis vel laetitiam concipiunt, nomen ait non reperiri, quod sententiae nobilitatem quam maxime auget. In lectione apographa mira inter se conspirant, scribarum aliquot maculas si excipias nullius momenti.

67. Suavis admodum apologus ad amicorum fidelitatem atque intimam devotionem depingendam. Fingit sibi poeta lac cum aqua permixtum, qua quidem coniunctione amicorum quasi, aqua per se quidem insipida, dulcedinem demum acceperat, eam vero ob causam et gratum animum monstratura aqua prius ex olla redundat coquendo, hostilem ignem adgrediens. Scholiasta ut par est, lac sine arte inducit loquens: तदनन्तरं स्वमित्रेण जलेन मदर्थं आत्मा कृशानौ हुतः तर्हि अहं अपि पातयिष्यामि इति बुध्या क्षीरं पावकं गन्तुं उत्कण्ठितं अभवत् । Lac igitur aquam sequitur, in ignem ruit, cum amico coniunctum quiescit et, quod sub-

intelligendum est, ignem tanquam hostem coniunctis viribus devincunt amici, etsi cum vitae detrimento. Aliter in *Hitopadeso* p. 24. de malis, beneficia non retribuentibus dicitur: aquam quantumvis calorem ab igne acceperit, illum tamen exstinguere सुतप्तमपि पनीयं शम्यत्येव पावकं ॥

68. Sensus huius distichi ad versum 28. proxime accedit: oceanum, multas atque tantopere inter se discrepantes res ferentem exemplo esse posse hominibus ut se invicem tolerent opemque sibi ferant. Etenim primum in mari Vishnus cubat serpenti Sesho incumbens, deinde ipsius hostes sive Asuri, असुराणां कुलं in oceano commorantur; tum montes illi alis praediti, de quibus vid. quae dicta sunt ad versum huius Centuriae 29. Ignis denique ibi iacet वाडवानल: dictus (cuius vocabuli primam poeta metri necessitate corripit syllabam; quemadmodum in *Uttararâm.* p. 94.: अयं शैलाघातक्षुभितवडवावक्त्रहुतभुक् ।) sive etiam वाडवाग्नि: ut est apud *Chaur.* 50., unde apud *Roger. Barrabageni* corruptum. Fingunt enim ignem quendam mythicum formâ ingentis flammae, capite equino instructae, ex sapientis cuiusdam *Urvi* lumbis enatum et exinde apud *Calidasum* (Sakunt. p. 44. et *Raghuv.* 9, 82. 11, 75.) और्व: nominatum, mundum olim incendisse donec Brahman eum in oceanum relegasset. Ibi iam aquis pascitur, sed aliquando in terram redibit mundum conflagraturus, cui rei innuit noster per सह समस्तसंवर्त्तकै: Fabulam ex Harivanso fusius enarrat *Chezius* ad Sakunt. II. p. 213. et ad montis ignivomi in maris aliqua insula conspicui eruptiones haud absimili ratione refert. Quae quum ita sint, delenda sunt quae in libro meo (*Altes Indien* II. p. 65.) de igne Bengalico in dramate Sakuntala proferuntur; antequam enim textum sanscritum inspicere licuit, Jonesii versio in errorem facile potuit ducere virumque celeberrimum Forsterum re vera duxit. Ad lectionum varietatem quod attinet, Cod. A. male legit इतश्चारणार्थिन: Schol. आगता: in textu habuit; prius omnino falsum, neque enim de *Charanis* mythicis sermo est. Idem Codex शिखरिणां गणा: exhibet, mera correctio, uti videtur, librarii qui rem de qua agitur minus bene perspexerat. In secundo hemistichio इतो ऽपि scripsimus cum Codd. A. B.

69. Versum selegimus qui ad hocce caput, novem alioquin tantum sententiis constans, commode posset referri et Rogerii versioni aliquomodo corresponderet, quanquam non negamus distichon nostrum aequo iure ad caput sequens de constantia relegari posse et sane in Visakhadatti dramate *Mudrârâkshaso* p. 48. una cum versu nobis 73. tanquam constantiae ac firmitatis exemplum afferri ubi Wilsoni tamen verus auctor non in mentem venit, dicit enim (III. p. 72.) *it may be doubled if perseverance is any where recommended in a more manly and spirited tone.* Ast enim, quum solus fere stet versus, in Cod. A. omissus, et in hoc toto libro summa ordinis sententiarum confusio deprehendatur, neque in singulo quidem versu de una tantum re agatur sed varia plerumque praecepta moralia sint prolata, putavimus locum suum inter adagia de officiis erga alios bene posse occupare, praesertim

26

quum sensus simul insit: neminem officia deserere debere, quemadmodum neque testudinem, terram portantem, neque solem defatigatos videamus unquam. Pulchre hac in re versiculus exstat in *Kâvyaprakaso* p. 92.: *exit sol rubicundus, purpureus quoque occidit: in rebus secundis et adversis magnorum hominum eadem est indoles;* उदेति सविता ताम्रस्ताम्र एवास्तमेति च । संपत्तौ च विपत्तौ च महतामेकरूपता ॥ Veram lectionem दिनपतेरास्ते न debemus Mudrârâkshasi editioni; in Vulg. exstat दिनपतेरस्तेन *occasu immobilis,* quod sensum turbat. शेषस्य ut ibi legitur pro कूर्मस्य reiiciendum, nec tamen omnino spernendum est (cf. vs. 28.); minoris momenti sunt कृपणावत् pro न मनसानिर्व्यूढं loco निर्वाहः et एकं हि pro एतद्धि. Vocabulum अंगीकृतं *oblatum* (vid. *Lassen* ad Hitopad. p. 185.), *propositum,* sive *officium* reddidimus.

70. Versus aureus, integro Vairagyo libro, nugis bullatis referto, facile anteponendus. Scholia non adsunt neque ambigua esse possunt singula. Lectiones variae admitti possunt omnes: Cod. B. त्यज मदं praebet, A. मतिं मा कृथा et in hemist. secundo प्रख्यापय *fac ut celebrentur* pro प्रच्छादय. Ultimum vocabulum A. in लक्षणं mutat, ut etiam B. corrigi iubet.

71. Tria sunt quae de hominibus exiguntur hoc versu, ut puri sint *mente, oratione* et *corpore* h. e. opere (cf. *Bhagavadg.* 17, 14. seq. ut त्रिविधं तपः debet esse: कायेन वाचा मनसा *Raghuv.* 5, 5.) quod plane cum lege Zoroastrica toties in Zendavesta inculcata convenit (cf. *Zendav.* I. p. 86. 109. 126. inprimis II. p. 324. vers. Kleuk.); deinde ut beneficia praestent *Diis, hominibus* atque *inferis,* quod per trimundum hoc loco indicat poeta; उपकार scilicet officium tale est quo aliis aliquid retribuimus. Tertio loco poscit ut bona aliorum opera magni faciamus et, si quid particulae instar fecerint, id in montis magnitudinem evehamus. परमाणुं *atomum* in singulari numero scripsimus cum codicibus A et B; Edit. habet परमानोः quod ferri quidem potest sed in Errat. in Accus. pluralem mutatur. Alias de re minima *granum sinapi* usurpatur, cui opponitur fructus *Bilvi* et mons *Merus* in *Episod. Sakuntalae* 7, 79. 81. coll. *Matth.* 13, 32. Hoc modo qui agunt, hi in suo ipsorum corde efflorescunt, hoc est gaudio fruuntur uberrimo; correspondens pronominis कियन्तः *quam multi,* supplendum est इयन्तः, Scholia desiderantur.

72. Nova sectio octava de constantia agit ac firmitatae, धैर्य, quam vocem auctor *Sâhit.* p. 57. ita definit: मुक्तात्मश्लाघना धैर्यं मनोवृत्तिरचञ्चला ॥ Primum perseverantiam in laboribus quantumvis arduis adhibendam esse Deorum exemplo monet, qui in Amrito parando non lassati erant, qua de re vid. ad vs. 27. Pro महार्हैः in Cod. B. legitur महार्घैः eodem sensu; pro धीराः ibidem सन्तः quo quidem vocabulo sententiae vis omnis infringitur. In Cod. A. न निश्चित° sensum bonum praebet: ne finita quidem re constantes quiescunt sed novam aliquam aggrediuntur. Scholia desunt.

73. In uno tantum Cod. A. legitur versus, quem tamen et Rogerius hoc loco ante oculos habuit. Tres hominum classes inducit poeta a pessimis incipiens qui propter difficultates

rem non aggrediuntur, procedens ad eos, qui aggrediuntur quidem sed rem adgressam mox relinquunt, et sedulos ac constantes summo loco ponens, qui arduum quidquid inceptum ad finem perducunt. Citatur sententia in *Mudrârâkshaso* p. 48. ubi membrum ultimum ita sonat: प्रारब्धमुत्तमगुणास्त्वमिवोद्वहन्ति ex qua lectione प्रारब्धं recepimus, utpote unice rectum, pro प्रारभ्य, ut Codex, hiatum non respiciens, praebet. Verbum autem परित्यजन्ति tuentur Scholia.

74. Praecedenti sententiae bene sese adiungit distichon, caussam quasi addens cur homines quieti plerunque addicti sint, scilicet quia socordia tanquam hostis in corporibus commoratur; labor vero perseverans amicus est quem omnes sibi sociare debent. Sic versum intelligo nullis Scholiis instructum et a lectione in omnibus apographis sibi constantem. Apud Rogerium alia sententia exstat quae nusquam reperitur.

75. Sententiam hanc sibi vindicavit *Hitopadesus,* ubi p. 55. exstat, Editionis Sr. lectionem fere repetens, in qua membrum secundum et tertium sonant hoc modo:

बुद्धेर्विनाशो न हि शङ्कनीयः ।
अधः कृतस्यापि तनूनपातो ॥

nos lectionem Codd. A. B. et Scholiorum adoptavimus simpliciorem, quae repetitionem simul particulae हि iusto duriorem, ut Lassenius recte animadvertit, evitat. In quibusdam praeterea Hitopadesi editionibus ab initio scribitur vocali producta कदार्थितस्य quam recte Lassenius dolet se retinuisse, quum verbum कदर्थय् in *Bhartr.* Sring. 97. quoque legatur. Sed audiamus potius editores doctissimos ipsos de hac sententiae nostrae varietate disputantes (p. 97.): „Quodsi कदा legitur, id licentia poetica seiunctum est ab अपि et construendum न कदापि id est न कदाचित्. Schlegelius lectionem कदर्थितस्य (कष्टं प्राप्तस्य Schol.) tuetur, siquidem अर्थित pro अर्थिन् admitti nequeat. Verbum denominativum कदर्थयति significat *vilipendere, parvi facere,* compositum est cum particula कत्, themate obsoleto pronominis किं quod et ipsum cum significatu contemptus vocabulis quibusdam proponitur." Hactenus viri celeberrimi, quorum sententiae nil addo. Verbum यान्ति in plurali, ut *Hitopad.* P. exhibet, nullus legit Bhartriharis Codex. Metrum, ut in praefatione observavimus, est उपजाति, permixtum ex Upendravajro et Indravajro genus, et ita quidem, ut, lectione Hitopad. admissa, Amphibrachys et Antibacchius in pedibus initium facientibus alternent, ex nostra autem lectione Antibacchius in ultimo tantum colo locum habeat, cuius generis nomen speciale desidero. Ad imaginem quod attinet, cf. *Sisupâlab.* 1, 2.: *ut in altum adscendat ignis, natura ipsius est* प्रसिद्धं ऊर्द्ध्वज्वलनं हविर्भुजः Aliud in *Kâvyaprak.* p. 153. exstans distichon, imagine etsi paullulum diversa, non possum quin adscribam:

यदि दहत्यनलो ऽत्र किमद्भुतं
यदि च गौरवमद्रिषु किं ततः ।

लवणानम्बु सदैव महोदधेः
प्रकृतिरेव सतामविषादिता ॥

76. Adoptavimus Cod. A. lectionem कोपकृ° pro को ऽपि कृशानुतापः et in hemistichio secundo लोभपाशैः pro Nominativo quamvis utraque vulgata lectio possit defendi, *posterior* autem, iam vereor, debet praeferri. Ultimum vocabulum वीरः bene se habet, neque in धीरः eiusdem Cod. commutandum, iam enim in ipsa stirpe latet virilitas ac strenuitas. Tertium versus membrum imaginem repetit a laqueis quibus hostes capiuntur [in textum autem pro कर्षन्ति male irrepsit वर्षन्ति]. Tales vero laquei, qui collis ferarum et hostium iniiciuntur, apud omnes fere populos commemorantur, Arabes hoc modo asinum silvestrem cepisse testis est *Arrianus* (de venat. 24.), inter arma Persarum *Herodotus* (7, 85.) refert; *Pausanias* (1,21.) de Sauromatis, *Suidas* de Parthis, qui σειραφόροι (vid. Suid. h. voc.) exinde dicebantur, eadem narrat, et apud *Homerum* (Il. 5, 487.) ἁψῖδες λίνου haud dubie de laqueis istis intelligendum. Plura vid. in *India* mea II. p. 62. Scholia in distichon nostrum desunt.

77. In Cod. B. initium versus sic se habet:

वरं शृङ्गोत्सङ्गाद्गुरुशिखरिणां क्वापि विषमे

quae quidem lectio sensum non mutat, neque tamen habet cur Editionis textui praeferatur. In A. sententia desideratur una cum scholiis quae in distichis de constantia omnibus fere desunt vel saltem ieiuniora sunt. Pro नीच in Cod. नीचता exstat. Vocabulum शील *indoles* h. l. fortitudinem et virtutem κατ᾽ ἐξοχήν significat, quod in ipsa vocis latet origine si cum शिला *saxum* conferas; dein ad illam vitae rationem transfertur, quae sensu veri, boni et pulchri nitet, sive ut uno verbo dicam, ad humanitatem et sensu denique latissimo ad eam hominis indolem qua sibi consentaneus est aliquis in omnibus quae peragit. Sic in versu proxime sequente adhibetur, ubi *Rogerius* bene circumscribit: *celui, qui sçait s'accommoder à l'humeur d'un chacun.*

78. Generosiores viri et sibi constantes omnem rerum naturam sibi subiiciunt. De verbis denominativis, quibus utitur poeta, vid. ad Sringar. 34.; inter haec गुणायते rectius est quam quod Cod. A. proponit गुणीयते. Maluimus porro cum A. et B. कुल्यायते — quod et Rogerius expressit: *un ruisseau* — pro कूपायते *puteum fieri;* in वर्षायते autem gravitas multa inest, ideoque suo loco eripere nolui et cum चर्यायते A. vel वर्यायते B. commutare, quae mera forsan scriptorum vitia sunt. Notandus est Superlativus audacior in Composito अखिललोकवल्लभ ॥

79. Homo कार्यार्थिन् is est qui bona opera atque officia omnibus viribus persequitur, res externas non curans. Humi stragulum opponitur lecticae पर्यङ्क, quod quidem vocabulum in India nostra (II. p. 109.) falso cum persico پلنگ contulimus, scribitur etiam पल्यङ्क unde hodiernum nomen *Palankin* descendit. Morem in India antiquum esse quo reges et homines delicatuli „*sexta cervice ferri*" sese passi sint, ex *Curtio* discimus (8, 9.): *Quum*

rex sese in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat. Artaxerxem Timagorae φορεῖον tale dono dedisse, Plutarchus refert; hoc modo ex Cappadocia et Bithynia luxuries illa ad Graecos et tempore Gracchorum (*Gellius* 10, 3.) ad Romanos quoque delata est, quibus arcata quoque et *clausa lectica fenestra,* plane ut Indis erat in usu (vid. *Scheffer* de re vehiculari II. p. 88.). — Nominativum retinuimus शयनः, Cod. A. Locativum, B. Accusativum praebet. Vox शाक *olera* non modo sed herbas etiam viliores complectitur, quae शालि et ओदनं *oryzae generibus,* tanquam cibis lautioribus opponuntur; in B. मिष्टाशनरुचिः exstat, *cibus delicatior* in universum, speciatim *carnes* quibus non omnino abstinere Indos pluribus comprobavimus argumentis (*India* II. p. 160.). कन्था *pannus,* ῥήγματα, קְרָעִים oppositum est *vesti splendenti* दिव्यांबर sive ut Cod. A. mavult चित्रांबर *variegatae.* Idem vero in fine versus contra metrum transponit न गणयति सुखं न च दुःखं. Scholia non adsunt.

80. Singulas enumerat poeta virtutes, quae unumquemque decent quibus superius tamen शीलं इदं सर्वकारणं est; ultima duo vocabula recepimus e Cod. A. et B. pro vulgato सर्वकालनियमं sed timeo, inconsideratius, iam enim magis arridet ex hac lectione profecta sententia: „omnium vero summum decus est *quovis tempore sese continens* indoles." Scholia desiderantur. Ceterum molestiam quandam faciunt abstractis vocabulis concreta quaedam permixta, veluti ज्ञान *sapiens* et प्रभवत् *nobilis* sed in his Indorum poetae concinnitatem verborum non multum curant.

81. Nobilis huius capitis conclusio: quidquid dicunt morum periti — sed निपुणाः sensu aliquo modo peiori sumendum, quasi dicas *morosi* — quidquid fortunae casu accidit, fortis et sibi constans homo, ne mortem quidem timens, virtutem sequitur. Neque huic disticho adsunt Scholia.

82. Necessitate divina omnia regi et quemlibet sorte sua contentum esse debere, caput sequens exemplis commonstrat; fieri enim posse versus statim octogesimus alter fabula docet Aesopica, ut serpens per praestigiatorem canistro inclusus et fame iamiam attritus, murem rattum, qui corbem perforaverat, adipiscatur et per ipsum insuper foramen evadat. भग्नाशः cave ne *victu carens,* आशः explices; Scholiastes rem illustrat: कश्चित् सर्पः (quod in fabula notissima supplendum) करण्डमध्ये निक्षेपितः अहं अस्मान् मोक्षयिष्ये इति आशा भग्ना यस्य ॥ Cod. A. loco तनोः videtur legere ततो quod ferri non potest quia Genitivus tunc पीडितस्य debebat praecedere; idem Cod. in fine लोकाः पश्यत *homines videte* legit; melius tamen est स्वस्थाः *sibi compotes.* Sphalmata in Edit. नतं, मुखैः rell. correximus.

83. Rogerius versum, in Edit. Sr. proxime sequentem reddidit, at quum eadem imagine utatur sententia et in Cod. A. omissa sit, videtur disticho nostro olim fuisse adscripta, donec postea in textum sit recepta (dedimus in Supplem. 14.). In secundo hemistichio हि

सुवृत्तानां legit Cod. B. — Vocabulum विपत्ति: *adversitas* per fortunae casus expressimus ut cum pila cadente conveniret; ad mala tantum pertinet ex quibus acrior animi impetus hominem debet erigere. Similis figura in *Hitopad.* p. 68.: *manu dimissae pilae casus nisusque hominum sunt,* कर्निहितकन्दुकसमाः पातोत्पाता मनुष्याणां et *Proverb.* 24, 16.: כִּי שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק וָקָם וּרְשָׁעִים יִכָּשְׁלוּ בְרָעָה.

84. Eadem quae antecedit sententia novis illustratur figuris, prima similitudo de arboris trunco denuo progerminante desumpta (cf. Jobum 14, 7. et in Vedis apud *Jones.* Vol. XIII. p. 378.), secunda est de luna per Rahum laesâ, क्षीण, qua de re vid. ad Nit. 27. collat. *Kâvyaprak.* p. 155. atque ex hoc *Sâhityadarp.* p. 325.: *etsi saepius laesa semper tamen indies crescit luna,* क्षीणः क्षीणो ऽपि शशी भूयो भूयो ऽभिवर्द्धते नित्यं ॥ Bene huic figurae convenit verbum उपचो propr. *recolligere vires.* In Cod. A. distichon, ut omnia fere quae *Arya* metro concinnata sunt, valde corruptum est; primum ibi hemistichium claudit उपमुते लोके quod non intelligo, secundum autem ते न विप्लुता लोके. Scholia vero in utrumque distichon desiderantur.

85. Mythologico utitur exemplo poeta, ut fatum sive omne moderans numen ipsis Diis potentius esse, multo minus igitur hominum viribus confidendum demonstret. Ille, qui aliis Diis hostilibus victus inducitur, Indrus est, cuius exercitus dux primus planetarum Vrihaspatis sive Jupiter, cuius milites Dii minores dicuntur, qui tamen cladem saepius expertus est, vel contra homines, ut carmina docent epica, devotione insignes pugnaturus. *Airâvatus* Indri elephantis nomen esse vel pueri norunt; वाहन vero, quod cum teutonicae stirpis vocabulis *waggon, Wagen* proxime convenit, a *vehendo* sive वह् deductum, non pro curru solum, sed de iumento, nave et re qualibet qua quis vehi potest usurpatur, ut de *vehiculi* voce pluribus quoque docuit *Schefferus* l. l. I. p. 3. Sed de lectionum varietate iam videamus quae Scholiorum absentia sola crisi est discutienda. Pro खलु in Cod. A. किल exstat idem significans; idem Mst. वाहनः mutat in वारणः *elephas,* quam lectionem qui defendere vult, adsentientem habet Rogerium. Secundi hemistichii initium in Cod. A. sonat इत्याश्चर्य quod Rogerius quoque expressit: *merveilleusement ruiné,* pro समन्वितः tamen in utroque Codd. A. B. legitur बलान्वितः quam quidem vocem recepimus. Maior discrepantia in vocabulo sequente deprehenditur: Edit. Sr. बलभिद्गणः praebet ita ut *vim findens* epitheton Indri, qui alias पुरंदरः audit, habendum sit; in B. alio usitatiore nomine Indrus inducitur: मघवा भग्नः neque tamen necesse erat in re notissima Deum illum nominare: praetulimus igitur lectionem Cod. A. बलिभिः, quod cum परैः coniungendum est. Idem Cod. in ultimo colo legit तद्युक्तं वरमेव दैवशरणं satis languidum ut mihi quidem videtur sed eligat lector. Rogerius denique addit: *et pour cette raison le feu devorera celui qui veut acquerir quelque chose par son travail,* quae verba, a Brahmâne Padmanabho addita, fabulae explicationem intendunt sed, ut saepius factum, a re aberrant.

86. Parabola trita ac vulgaris docet: neminem effugere posse ea quae per Fatum semel destinata sint quippe quod nos veluti pecora ducat, ut est *Mâlat.* p. 146. Vocabulum खल्वाट paucis investigemus et ad suam stirpem referre conemur: खल् quod per चल् explicatur, de senum potissimum incessu vacillante et incurvato videtur adhiberi, unde persicum كل *curvus* remansit, ita tamen ut de *capillorum canitie et raritate* simul repetatur notio, ut كاليو apud Persas is est *cui capilli horrescunt,* verbum كاليدن *calcare* et *canos fieri capillos,* quemadmodum hebr. זָקֵן *senex* de barba et mento vacillantibus descendit. A verbo खल् suffixo Unâdico उ (ut तनु a तन्) nomen derivatur खलु (*senex, calvus,* german. *kahl*), quod ipsum obsoletum, in Vocativo tantum adverbiascente pro *certe, sane* remansit, ita enim talibus Vocativis saepius contingit ut ex crebra allocutione Adverbii tandem naturam induant. Novum dein accedit suffixum Taddhita आट, quod maculam quandam ac turpitudinem indicat, v. c. वाचाट *loquax,* sic खल्वाट *calvus* est. Notabilis igitur similis vocabuli formatio in lingua latina observatur, siquidem litera *v* in *calvus* ad radicem non pertinet sed postea themati adhaesit, v. c. in *calv-arium* pro cranio, proprie locus ubi capilli sunt, ut *virid-arium, gran-arium* et alia. Ab eadem stirpe descendit nomen खल *miser* et खलपू: *servus* proprie *verrens,* deductis forsitan a miseria senectutis notionibus. Sed haec meris omnia nituntur coniecturis donec acutissimo et sagacissimo Boppii iudicio confirmentur. — Nominativum संतापित: non Localem casum membranae praebent. Cod. A. aliam proponit arborem, तालस्य lectione; तालि et तालि, cuius igitur forma masculina quoque sive neutra prostat, est *Corypha Taliera, umbraculifera* Roxb. sed malim tueri vulgarem lect. बिल्वस्य, magnis etenim fructibus praedita est Vilva, s. *Aegle marmelos,* ut iam ex sententia patet in *Episod. Sakunt.* 7, 79.: *Vides o rex alius peccata ut granum sinapi, tua vero, ut Vilva ingentia, videns etsi non animadvertis.*

राजन् सर्षपमात्राणि परच्छिद्राणि पश्यसि ।
आत्मनो बिल्वमात्राणि पश्यन्नपि न पश्यसि ॥

Hemistichium secundum in Cod. A. incipit तत्राप्याशु falso, quia सशब्दं sequitur, in fine idem habet तत्रापदं भाजनं quod admitti potest.

87. Sententiam pervulgarem ac tritam, in Edit. Sr. et Codd. omnibus, praeter A. omissam, retinui primum quia locum suum bene occupat, tum quia in *Hitopades.* (p. 16.) est recepta et a Rogerio hoc loco lecta. Neque variantes adnotandae lectiones, nisi quod Hitopad. membrum primum et secundum transponit, neque adsunt Scholia. De dracone *Rahu* dictum est ad vs. huius libri 27.

88. Versus hic, qui ut octogesimus nonus in solo tantum Cod. A. legitur, simili mensura sese adiungit praecedenti. Scholia adscribam integra, de acumine, in fine distichi, quod omnino videtur frigidius, paullulum dubitans: ब्रह्मा तावत् प्रथमं अशेषगुणाकरं सर्वगुणानां उत्पत्तिस्थलं भुवः अलंकरणं अलंकारं एतादृशं पुरुषरत्नं सृजति यदपि पुरुषरत्नं क्षणं भंगकरोति चेत् अहह

इति खेदे कष्टं यथा स्यात् तथा इयं विधेः ब्रह्मणा अपण्डितता अज्ञानं ॥ In his vellem ब्रह्मापण्डितता ut *fatum* accusaretur tanquam caecum et nulla summi numinis cognitione praeditum, quod poeta sane intendit; prout nunc stat vocabulum ब्रह्मणा, Visargo omisso, sive accuratius ब्रह्मणो ऽपण्ड°, vocabulum antecedens explicans Genitivus videtur, ex mente videlicet serioris Commentatoris, *εἱμαρμένην* et Deum unum eundemque putantis.

89. Sensus est: Perferas, neve culpes id quod mutari nequeat करीर non modo arundinis Bambu surculus est, sed etiam frutex spinosa in arena habitans quam intendit poeta. Offendit masculinum दोषः cum किं quod tamen simpliciter *cur* reddi potest, igitur nihil muto. Secundo exemplo ad verbum fere reddito, utitur *Saadi* in Gulist. p. 11.:

گرنه بیند بروز شپره چشم ✿ چشمهٔ آفتاب را چه گناه ✿

Avis चातकः *cuculus melanoleucus* durante tantum pluvia bibere et guttas roris nubiumque captare volando dicitur, quemadmodum Cicadam rore vesci perhibent Veteres (*τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον Aristot.* H. An. 4, 7.). Unde जलप्रियः appellatur Châtacus et poetis frequenter inservit in nubilosis depingendis temporibus, hoc loco vero molestum aliquid esse poeta significat quod guttae in huius avis rostrum sponte non cadant, ac si nos diceremus: assa non in os volat columba. In sententiae clausula subiectum est summum numen, quod regit fata hominum et ludo quasi ad libitum distribuit dona sua; qua in re ललट् optime usurpatur: *pueriliter agere, infantilem esse,* quomodo mundum ludendo creasse Deus saepius dicitur (v. India I. p. 160.). *Ludere* de hominum sorte tempus dicitur infra (*Vairâg.* vs. 43.) et fatum ipsum veluti in puteo rota aquaria *Mrichh.* p. 343.: एष क्रीडति कूपयंत्रघटिकान्यायप्रसक्तो विधिः cui loco adiungas illud *Arabschahi* (vit. Timur. II. p. 494.): *mundus rota est aquaria, qua convertuntur tam laeta quam adversa* الدهر دولاب يدور فيه السرور مع الشرور. Huic cognata imago est illa qua tempus ac fata rotae adsimilantur, ut *Hitopad.* p. 36., *Brahmavaiv.* p. 95. et 96. r.

यथा भ्रमति कालश्च यथा विपयिणो ध्रुवं ।
चक्रनेमिक्रमेनैव नित्यं एवेश्वरेच्छया ॥

Meghadût. vs. 109. quibus cf. illud *Anacreontis* (4, 7.):

τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
βίοτος τρέχει κυλισθείς.

Ceterum de fatorum libro divino vid. ad vs. 41. Schol. desunt.

90. Sententiam exprimit versus illam: *πρὸς τὴν ἀνάγκην πάντα τἄλλ᾽ ἔσ᾽ ἀσθενῆ* et cum disticho huius Centuriae 82. proxime convenit: quemlibet sorte sua contentum esse debere. परिपूरिते cum Cod. B. legimus loco पूरके Edit. Sr. — In Cod. A. versus omissus est et Scholia quoque desiderantur.

91. „Fatum nulla umquam potest effugi intentione, contra eius vim opera omnino nihil valent," hac optime clauditur caput sententia, ita, ut transitus simul fiat ad sequentem de

operibus sectionem idemque vel ipso कर्म vocabulo quod tamen in versione temere pro fato sumpsimus, vera autem ultimae versus particulae interpretatio haec est: Non existendum non existit ex operis auctoritate, existendi interitus unde? Latinae linguae genio certe parum apta, vernaculo sermone ita fere sonat sententia: Was nicht sein soll ist nicht da Kraft der That, was sein soll findet Kraft der That keinen Untergang. Ceterum de fati vi similes sententiae in *Hitopadeso* exstant et ad nauseam usque repetuntur; cf. p. 47. ubi eadem figura: निपततु शिखराद्द्रेर्मज्जतु जलधौ fatum non effugiet. De *Meru monte* cadere dicitur etiam *Mrichhak.* p. 61. de re periculosa. In coelum adscendere eadem fere occasione dixit *Zoheir* in Moallac. vs. 54. *qui caussas timet interitus eum assequentur, quamvis ad coeli regiones scala adscendat.*

ومن هاب اسبابَ المنايا ينَلْنَهُ
ولو يرق اسباب السماء بسُلّمِ ۞

92. *Opera,* quae in hoc capite celebrantur, *religiosa* potissimum intelligunt Indi; sunt enim praecipua quae vitam futuram beatam reddunt haec: sacrificia praestare Diis Manibusque; Vedorum studio se dedere, liberalitatem exercere, Vedos docere eorumque quae inculcant vitae rationem aliis tradere et aedificia denique publica quae ad utilitatem tendunt, qualia sunt deversoria, putei et id genus alia exstruere. Versus nonagesimus secundus antecedenti sese ita adiungit: Est vero *bonis* operibus laus et virtus iisque deditum esse magis conducit quam Deos colere minores (देवान् Schol. इन्द्रादीन्) (cf. Vair. 41.) nam et hi ipsi necessitati sunt obnoxii, quae tamen a bonis operibus regitur. — हितविधेः recepimus ex Cod. A. et Schol., quum हत sive fortasse अनुहतविधेः, negatione omissa, aptum sensum non praebere videretur; Schol. bene explicat: Deos hosce a fato dependere, nec sponte sua salutem dare posse अदृष्टाधीनाः स्वातंत्र्येण फलं दातुं अशक्याः Pro यदि किममरैः in Cod. A. exstat: किममरगणैः quod eodem redit.

93. Sensus est: vel ipsos Deos maiores salutifera quondam opera perpetrasse, ad ea videlicet per summum numen adactos; huius etenim nutu ac iussu demiurgum Brahmanem difficile creationis opus in se suscepisse constat. Non minus notum est Vishnuem decem transformationes pro salute hominum subiisse. Sivus vero filios sacerdotis cuiusdam, ut fabula narrat, occiderat, quam ob caussam poenas, a Manue constitutas (vid. Sring. 64.) luere et per duodecim annos, cranium occisi manu tenens, eleemosynam rogare coactus est *Ovum brahmanicum* saepe pro mundo invenias secundum problema illud de ovo mundano cosmogonicum (v. Man. 1, 9. et *Windischmanum* docte de hac re disputant. Sankar. p. 20.) cui h. l. भाण्ड *vas figulinum* adiungit poeta ut imaginem conservet. Eadem fere figura in *Brahmavaiv. Pur.* p. 96. legitur: *Vasculum humi fingit rotâ ex luto figulus; eodem modo creator premium distribuit actionis instrumento.*

कुम्भं निर्माति चक्रेण कुम्भकारो मृदा भुवि ।
तथैव कर्मसूत्रेण फलं धाता ददाति च ॥

h. e. quemque a creatore secundum actiones suas iustum pretium accipere, ut *Hitopades.* p. 6. eadem utens metaphora docet: figulus effingit quidquid vult, sic homo opus adaptat.

यथा मृत्पिण्डतः कर्ता कुरुते यद्यदिच्छति ।
एवमात्मकृतं कर्म मानवः प्रतिपद्यते ॥

Unica in disticho nostro lectio varians, quae notari meretur, est क्षिप्तः सदा संकटे in Cod. B. hemist. prioris in fine. Scholia non adsunt versiculis 93. 94. et 95.

94. Pertinet sententia ad dogma illud Indorum tristissimum, ad quod iam in antecedentibus respeximus: पूर्वं जन्मकृतं कर्म तद्दैव्यं sive omnia in hac vita evenire et sortem hominis omnino regi secundum opera in alia vita, antequam denuo natus esset, peracta. Vocabulum सेवा ut vs. 91. de militia et regum ministerio est sumendum; खलु in apographis legitur pro किल. Plenius ceterum h. l. expressa est de fructibus metaphora, quam et Veteres amant; cf. Ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται et: Ἔστιν δὲ καρπὸς ἀγαθὸς εὔτακτος βίος.

95. In eadem re pergit, पुण्यानि enim sunt *opera pura* quibus bonam sibi parat sortem mortalis et cum तपस् in versu antecedente convenit. Vocabulum मस्तक *frons, vertex* monti fere adiungitur; in Codd. A. B. संकटे prostat, ex versu fortasse 93 desumptum et rei minus conveniens. Rogerius vertit: *s'il avalle du poison,* habuit forsitan विषमास्थितं lectionem, quam si adesset, equidem haud sane contemnerem.

96. Versum in Edit. Sr. vehementer typothetarum incuria laborantem bene mihi videor sanavisse, vereor tamen ne tertium vocabulum हि, quod sententiam antecedenti bene adiungeret disticho, paullo festinantius et Scholiorum auctoritate commotus, in च mutaverim, cuius etiam vestigium manet in शकलान् Codicis A. Vox देषिणः corrupta, quam in दोषिणः quidem possis corrigere, in omnibus quotquot inspexi Msts. द्वेषिणः scripta est. प्रत्यक्षमित्यादि in bina dispescere enuntiata visum est contra Scholiastem, qui structuram: *venenum occultum statim in nectar visibile convertit,* fieri iubet हालाहलं परोक्षममृतं प्रत्यक्षं करोति quod ad Amritum per Deos paratum alludit. Sequitur Commentarium Rogerius sive potius Padmanâthus quem saepe Scholiis insistere et in versibus, hac ope destitutis haud raro aberrasse animadvertimus. Ceterum quae sint in hemistichio primo subiecta et quae obiecta ac praedicata, verborum contextus satis superque docet, tametsi praecedere debebant खलान् et sic porro. Addam insuper Schol. या खलान् साधूंश्च करोति मूर्खान् विदुषः करोति द्वेषिणो हितान् करोति ex quibus apparet minime vertendum esse: *quae bonos et malos facit.* In vocabulo hemistichii secundi tertio maxumopere variant auctoritates: Cod. B. वक्रतां falso scribit, A. vero et Schol. सत्क्रियां quod unice verum puto; Edit. Sr. शङ्करीं habet, hoc est *uxorem Sankari* sive Sivi quo etiam alia in Scholiis allata tendit lectio चक्रियां, etenim Commentator posteaquam versum explicavit, de novo incipit: अथवा विपरीतां अस्मिन्

मोहाब्धौ गुणेषु आस्थां मा कृथाः मा कुरु सक्रियां भगवतीं आराधय ॥ Hoc tamen scioli cuiusdam, qui *actionem,* in Deam poetice effictam, ad Sivum Deum referre vellet, interpretamentum esse mihi quidem persuasum est. Pro Infinitivo भोक्तुं, sic enim corrigendum, verbum *si cupis* suppleri debet ex Adiectivo वांच्छितं ut recte Schol. यदि वांच्छितं फलं भोक्तुं इच्छसि ॥ Pro त्वमतो linea ultima omnes legunt व्यसनैः Schol. प्रीतिभिः explicat, sensum magis reddens quam veram significationem: *studium* scilicet cum calamitate coniunctum. Vocabulum denique विकलेषु cum B. विफलेषु scribendum est; in A. विपुलेषु exstat, quod rem auget quidem neque tamen videtur praeferendum. Unum restat observandum: विपरीतां in Scholiis modo allatis prostans, nullo autem Codice confirmatum, ad hanc versus sedem pertinere, et alterum मोहाब्धौ loco हे साधो ex mente Glossatoris poni debere. Quibus omnibus absolutis sensus versiculi obscurus non esse potest: *opus bonum* videlicet sive sortem exinde enatam qua mala convertuntur in bona celebrat poeta ita ut virtutes omnes nisi actione coniunctae sint, vanas esse doceat.

97. Finem respicere et praemium non debere agentem sed cum animi tranquillitate et nulla spe commotum ad opera, religione praescripta accedere, constans librorum sacrorum atque ethicorum est praeceptum. Hoc versus noster suadere conatur, metaphora de frugibus desumpta; est enim परिणतिः idem quod विपाकः *maturitas, fructus bene percoctus,* ultimum a पच् deductum, ut پختن Persae, בשל Hebraei (*Genes.* 40, 10.) et *coquere* Romani (*Virgil.* Georg. 2, 522.) pro *maturescere* usurpant; primum परिणतिः de pendentibus et inclinatis pomis proprie in usu. Scholia प्रान्तः explicant. Nulla observatur lectionum varietas, nisi आदौ in fine membri prioris pro ज्ञातं Edit. Sr. quod in textum recepimus. Scholia addam integra: गुणवद्गुणैर्युक्तं अथवा अगुणवत् कार्यं कुर्वन् कर्तुं इच्छता पण्डितेन विवेकिना आदौ पूर्वमेव यत्नतः प्रयत्नात् तस्य कार्यस्य परिणतिः प्रान्तः अवधार्या विचारणीया कर्तुं शक्यं प्रान्तः शुभ इति आदौ विचार्य कर्तव्यं ॥ अन्यथा अतिरभसकृतानां अतिवेगे स्वादेन कृतानां कर्मणां विपाकः प्रान्तः फलं आविपत्तेः मरणपर्यन्तं हृदयदाही शल्यतुल्यो भवति ॥

98. In solo Cod. A. et apud Rogerium prostat distichon in quo multum laboravi, et etiam nunc paulisper laboro, sed iam interpretationis ratio reddenda est. *Devotio* ut तपस् vs. 94. est ratio bene agendi, स्वधर्मनिष्ठां सत्क्रियां न चरति यः Schol.; quam normam qui non sequitur, omnibus ad virtutem exercendam facultatibus egregiis instructus, is saluti suae non prospicit, स्वहितं न जानाति Schol. atque oleum et operam perdit. Hoc tribus illustratur imaginibus, in quarum prima quidem vehementer peccavi cum, temere in verbis haesitans, verae lectionis चन्दनैरिन्ध° loco novum prorsus vocabulum जङ्गलान् coniectura intruserim. Illa autem lectione (चन्दनैरि°) restituta, hanc versus partem ita vertas: In olla gemmis ornata coquit olearius sandalis lignis multis suppositis rell. Quod ad singula spectat: वैडूर्य *lapis Lazuli* hoc loco de lapidibus pretiosis, quibus vasa aurea ornantur, in genere sumendum: रत्नकचितायां सुवर्णस्थाल्यां Schol. Vocabulum खलो, in nullo, quo uti mihi licuit,

sanscrito Lexico obvium habui; exstat tamen in lexico Bengalico खल *mortarium ad medicinam parandum* et खलिक *coquus,* qua propter तिलखलिन् *olearius* videtur esse, proprie is qui sesamum extorquet, excoquit; इन्धनौघैः appositionem facit ad चन्दनैः i. e. Santalum, lignum quod uti constat, maxumo habetur pretio. Reliqua faciliora sunt: *solum exarat,* विलिख् h. l. proprie (cf. *Nalod.* 4, 15.), *ut herbam inutilem plantet;* अर्क nomen quidem arboris est (*Episod. Sakunt.* 1, 25.) et sic Schol. अर्कवृक्ष, sed h. l. zizanium potius s. triticum repens (*swallowworth* Amar.) denotabit. Utilissimas denique Camphoram praebentes exscindit arbores ille ut olera minoris pretii ibi serat et harum arborum lignis circumstipet; कोद्रव *cicerum* s. *lentium species* est (*a sort of grain* Am.) Roger. aliud nomen substituit: *Naetsemi, une certaine semence donc les pauvres se servent pour faire de la bouillie.*

99. Ex Cod. A. et Schol. correximus सुजनतां, B. male स्वजनतां exhibet. Ceterum sententia est facillima neque ulla eget explicatione.

100. Bene mihi claudere videtur versus sectionem et totum de moribus officiisque librum; ultimus praeterea est in Cod. A. etsi numero centesimo decimo insignitus; in Cod. B. centesimum locum occupat quamquam aliae sequuntur sententiae quas in supplementum coniecimus omnes. In eo autem nobis constare studuimus, ut novem tantum capitulo tribueremus sententias et centum versibus Centuriam clauderemus. Quodsi vero omnes, quae huc trahi poterant, sententias velles adiungere, Satakum hocce longe ultra centum disticha excurreret. Ceterum in utroque Cod. et Scholiis legitur अनुवर्तमानां sed Edit. lectionem genuinam puto, nominativum scilicet ad तेजस्विनः pertinentem.

LIBER TERTIUS.

DE DEVOTIONE.

Vocatur Satakum hoc tertium वैराग्यं vocabulo, quod romanum *devotio* s. *temperantia* (ut Schlegelius Bhag. 6, 35. reddit) non bene exprimit: est enim proprie conditio ac status hominis ille ubi ab affectibus liber omnes cupiditates exuerit, animi commotiones coercuerit et sensuum incitamenta domuerit idque vitâ solitaria atque ascetica. Igitur *Vairagyam* devotio quidem est, sed cum poenitentia coniuncta. Decem huius libri capita inscribuntur: de *cupiditate fraenanda,* de *rebus quae in sensus cadunt evitandis,* de *paupertate,* de *voluptatum inconstantia,* de *temporis velocitate,* de *vitae asceticae praestantia, ad animum admonitio,* de *rebus transeuntibus et constantibus,* de *adoratione Sivi* et de *mendico religioso.* Uti vero in Amorum libro incipiendo Kâmum, ita in centuriae, devotionem pingentis, initio *Sivum* invocat auctor, religiosorum hominum atque austeram vitam degentium patronum.

1. Lectio Cod. A. in fine हरि: omnino falsa est etenim Vishnus amoribus potius gaudet, Sivus vero delectatur devotione, ut versus exprimit quem excitat *Vopadevus* in Mugdhabodha p. 73. शृङ्गारस्य हरिस्तुष्ट: पूर्ण: शान्तेन शङ्कर: ॥ Sivum lunam crescentem in vertice gerere atque ita depingi, res est notissima; secundum quod sequitur enuntiatum ad mythum illum alludit pulcherrimum (Râm. 1, 24.) quo *Kâmus,* vel ipsum Mahâdevum devincendi et in amores incitandi cupidus, illius Dei (मदनान्तक inde dicti *Mâlat.* p. 145, Vair. 83. मदनरिपु Vairag. 61. स्मरारि: Vair. 88. et rell.), oculo combustus traditur, ita ut postea corpore destitutus, अनङ्ग: hominum mentes occupare fingatur; at vero hunc Deum, oculo crematum, adspectu denuo excitare, mulieres lepide dicuntur, in versu illo Kâvyaprak. p. 184.:

दृशा दग्धं मनसिजं जीवयन्ति दृशैव या: ।
विरूपाक्षस्य जयिनीस्ता: स्तुवे वामलोचना: ॥

Accedit pulchra et Orientalibus perquam frequens imago de pyrausta, non sine gravi alarum damno, lucernas circum volitante, quae προσπέταται τοῖς λύχνοις (*Aelian.* H. An. 12, 8.) atque ideo Veteribus de momentanea non modo voluptate in adagiis est, veluti χαρὰν πυραύςϐ χαίρειν et πυραύςϐ μόρος, verum etiam ad animum transfertur et vel ipsa ψυχή vocatur (vid. *Creuzerum* Symbol. III. p. 568.). Frequentius in re amatoria imagines praebet शलभ: sive पतङ्ग: (cf. *Sakunt.* p. 24. *Saadi* Gulist. p. 146. *Pendnam.* II. p. 171. 263. 309.), ut in illo quoque *Meleagr.* Epigr. 59.:

Τὴν πυρὶ νηχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίης
Φεύξετ᾽ Ἔρως· καὐτὴ σχετλί᾽ ἔχει πτέρυγας

Persae praeterea ad animum saepissime transferunt mystico amore cum Deo coniunctum et in summo numine tandem veluti absorptum. — In secundo hemist. अनन्त: स्फुरति scribunt omnes praeter B., qui स्फूरति iubet, quod vereor ne praeferendum sit, apud plerosque enim vocalis huius verbi producitur (vid. *Colebr.* Gramm. p. 234.). Quibus omnibus absolutis, sensus versiculi emergit hic: homines versus Sivum, ut felicitate fruantur convertere se debere, amoribus aliisque posthabitis voluptatibus; tenebras etenim, quae ex cupiditatibus oboriuntur, Sivus divinae sapientiae face dispergit, उच्चाटयन्, cuius verbi loco Cod. B. minus bene उन्मूलयन् legit.

2. Prima huius libri sectio lemmate inscripta est तृष्णादूषणं cui capiti distichon hocce introductionis instar est habendum. Queritur enim de neglecto librorum sacrorum (अङ्ग in universum sumendum est) studio: sapientes, बोद्धार: Schol. श्रोतार: qui audire possint, invidia ac philantia (अहंकारेण) efflati dicta sapienter prolata spernunt, dum alii contra ex ignorantia non capiunt: igitur tritum ac lacerum veluti iacet dictum quodcunque; Schol. bene: अत: कवित्वं जीर्णं जातं न को ऽपि पृच्छति शृणोति च. *Rogerius* hunc versum in libro Nîti (vs. 2. p. 328.) protulit, Cod. B. in Sringâr. vs. 3.

3. Cod. B. et Schol. चिरं परिगृहीता: legunt, attamen particula अपि necessaria videtur ad caus-

sam indicandum, propter quam poeta et ipse (अस्माकं supplet Schol.) cupiditatibus inservire se fatetur. Dicit enim: quantumvis magnus aliquis videtur et virtutibus insignis, tamen ille terrestribus rebus adhaeret, ita ut alii tandem ipsius exemplum sequantur, quantumvis bene gnari fructus operum (कर्म in Schol. legendum pro काम) aliquando non admodum insignes fore. Haec sententiae nativa videtur structura, quam in versione, alioquin liberiori paullulum, exprimere studuimus ut cum proxime sequente cohaereat versus. Rogerius, num p. 295. vs. 7., an vero p. 296. vs. 1. sententiam nostram circumscribat, haud facile dixeris; sensum reddit uterque, nec tamen singula expressa sunt vocabula.

4. Insatiabilem alloquitur suam ipsius in bona caduca huius vitae sitim, qua impulsus ad ardua quaevis paratus virtutes neglexerit. Vocabulum सेवा in talibus ad Vairâgyum spectantibus sententiis militiam frequentissime et munus in genere quod principi debetur, significat (cf. *Niti* 94.) quo inquinare se putant homines religiosi, ut etiam *Ali Hazin* in vita sua (p. 33.) de filiis talis viri sancti loquitur اولادش بمناصب ديوانى آلوده شدند. Codex B. शीलकुल minus bene proponit, जाति enim h. l. ordinem sive castam intendit, quae tali servitio dehonestatur. In lectione autem निरते pro विघ्नने quod heic commodum sensum non praebet, conspirant A. B. et Scholia.

5. In eadem re pergit et quinque commemorat negotia, quibus se immisisse dicit ut divitiarum cupiditatem expleret: thesaurifossorem egit; aurifodinas perscrutatus est; navigationem instituit; reges coluit et vocibus sacris *crematos excitare mortuos* tentavit. Indos veteres navigationi se dedisse, plurimis alibi comprobare studuimus argumentis; metallicos ipsos egisse et puteos, igne admoto, instruxisse, ex hoc loco discimus. श्मशान est locus ubi mortui concremantur et ubi *Pisâchi, Kravyâdi* et id genus alii daemones, ut apud nostrates in triviis, degere putantur, quos ut opes praebeant, carminibus sacris impellunt. Erant apud Veteres quoque τυμβωρύχοι, qui defossam cum mortuis pecuniam rapiebant, qua in re *Plautus* (Pseudol. 1, 4.): *ex hoc sepulchro vetere viginti minas effodiam ego hodie;* erant *bustirapi,* qui in sepulchris ipsam de rogo coenam capere (*Catull.* 59, 2.) et lucri caussa omnia nefanda subire non verebantur; erant denique veneficae ac Magi, *qui,* ut Apulejus ait, *et bustis et rogis reliquiae quaedam et cadaverum praesegmina ad exitiabiles viventium fortunas petebant,* quibus nefariis artibus eae quodammodo conveniunt quae h. l. commemorantur. Omnibus hisce negotiis poeta sese dicit ne minimum quidem acquisivisse वराटकं, quod proprie *loti semen* est et dein pro numo levissimo usurpatur, ut कपर्दक s. *conchula* (cowrie) quam Schol. substituit. Protulit hunc versum *Halhedus* in praefat. ad leges Indicas (p. 22. vers. german.), ultimum membrum legens: प्राप्ता कापि वराटिका न च मया तृष्णे सकामा भव ॥ Ultima verba सकामा भव Cod. A. quoque praebet; reliqua scribarum vitia et scholiorum sphalmata leviora omittamus.

6. Scholia in Cod. desunt, in Edit. Sr. prostant. Pro प्रतिहता propr. *laesus,* दुष्टा बुद्धिर् यस्य सः

Cod. A. प्रणिहित legit, quod in laudem potius esset. Cogitationem dicit columnae vice fungi debere hoc est immobilem et fixam in dominorum voluntatem esse directam, more servorum qui iunctis manibus adstant. Spem appellat मोघां = निष्फलां quia omnibus istis aerumnis ad finem minime pervenisse se profitetur.

7. Sententia, per se satis perspicua eo redit ut poeta studium ad dignitatem perveniendi vituperet, qua in re opus sit ut, nosmet ipsos ante divites prosternentes, virtutes nostras collaudemus. *Cur non faciamus,* किं न ironice dictum pro *faciamus quidem,* vilium vitae facultatum caussa; प्राणाः enim sunt *spiritus virtales* et a जीवितं differunt. कृते corrigendum erat in Edit. ubi etiam म्लानं ad *peccatum* referri nequit, sed e Cod. A. cum vocabulo sequente coniungendum: *flaccidum pudorem habens* magis poeticum est quam वीतव्रीड in Cod. B., quod tamen Schol. ante oculos fuisse videtur, dum per विगत explicat. Imago admodum pulchra et in carminibus Indicis satis trita est: vitam similem esse guttae in loti folio pendenti; cf. *Mohamudgaram* vs. 4. (Jones Oper. III. p. 296.):

नलिनीदलगतजललवत्तरलं
तद्वज्जीवनमतिशयचपलं ॥

Mrichchh. p. 108. et 183.: भगवन् कृतान्त पुष्करपत्रपतितजलविन्दुसदृशैः क्रीडसि त्वं पुरुषभागधेयैः ॥

8. Nec scholia adsunt nec variantes lectiones, quam quidem rem in sententia tam facili et concinna ne mireris. Ut vero videat lector, quomodo Rogerius versus quoque facillimos circumscripserit, versionem ipsius adiiciam; *Je ne me souvie pas de la joye de mon corps, mais la joye me prend prisonnier; je ne trouve point de difficulté dans les promesses, mais je devient foible dans la tristesse: le temps ne se passe point, mais moy: la concupiscence ne se corrompt point, mais moy avec le temps.*

9. Similiter plane carmen *Mohamudgaram* (Jones Works III. p. 296.) vs. 7.:

अङ्गं गलितं पलितं मुण्डं rell.
तदपि न मुञ्चत्याशाभण्डं ॥

10. Depingit poeta corporis debilitatem senilem, qua quidem homo non impediatur quo minus vitam amet, sive ut loquitur *Abbas Ibn Ahnaf* (apud Reisk. ad Abulfed. II. p. 653.): *intramus in mundum inviti et vix adsueti illi eximus inviti*

اقمنا مكرهين بها فلما
الفناها خرجنا مكرهين ۞

Sententia nostra in Edit. Sr. denuo legitur p. 106.; scholia quidem paullisper inter se differunt et Codd. igitur auctoritate repetitio illa quodammodo nititur, non tamen debuerant Scholiorum in gratiam disticha repetere editores sed potius ex semet ipsis invicem supplere. Lectionem विगलितः pro अपि ग°, quam tuentur Codd. A. B. et versus repetitus, meliorem agnosco, quum vocabulo praecedenti nihil insit ad rem admodum augendam; magis etiam arridet (in sententia p. 106.) epitheton corporis भ्रष्टा *fractum,* quam दुष्ट,

quod tamen in omnibus apographis prostat. *Baculum* cave ne h.l. de vita intelligas adscetica, ut in solita phrasi *baculum sumere;* est enim ut verborum contextus docet: vix ac ne vix quidem baculo se erigere posse, तया शनैर्मन्दं मन्दं यथा स्यात्तथा यष्ट्या उत्थानं Schol.

11. Scholia desunt et sane sententia nulla laborat ambiguitate. Spem ac cupiditatem qua in res terrestres continue vehimur, fluminis specie inducit poeta, eique adiungit epitheta perquam apta ut demonstret quam difficile sit cupidines illas compescere. *Gaudia tanquam aquam habens* ad Gangem respicere videtur, cuius aqua honorifica habetur, *desiderium* vero fluxum est atque inconstans quemadmodum undarum strepitus; ग्राह् de multis usurpatur monstris marinis, h.l. *aligatorem gangeticum* aperte significat, cui similes adfectus hominem devorant, nisi discriminatio, hoc est clara rerum distinctio supervolat veluti aves visu perspicaciores. Firmitas denique desiderii fluctibus facile infringitur uti arbores in fluminis ripa crescentes repetitis abripiuntur decumanis; stultitiae praeterea vortices adsunt et superbia, quae, cogitationum altitudine praeruptae ripae similis, impedit quominus quisquam tale flumen possit permeare nisi is qui omnes sensus devicerit Yogì. Similem figuram, sed in contrarium sensum, habes *Hitop.* p. 126.: आत्मा नदी भारत पुण्यतीर्था सत्योदका शीलतटा दयोर्मिः ॥

12. Novum incipit caput de opibus omnibusque in universum rebus quae sensus afficiunt, relinquendis et parum aestumandis agens. Tria tamen desiderantur disticha ut decem versibus constet sectio, quod infra in quibusdam aliis quoque capitibus observandum. Circumspiciendum igitur erat qualis sententia eandem rem tractans in libro Nìti, perturbatione insigni et longe ultra centum disticha progrediente, seriem vel interumpere videretur, vel in Cod. A. deesset, atque has quidem ob caussas versum, quem hic inseruimus, ex illo libro, ubi decimus octavus est, depromere non dubitavimus. Ibi enim nexum turbat, in Cod. A. omissus est nec scholia adsunt, Rogerius tamen, quod rei caput est, in hoc nostro loco versum legit; itaque Cod. B., cum Edit. Sr. conspirantem, qua de re in praefatione sententiam nostram protulimus, non amplius moramur. Pro मुदा Cod. B. exhibet मुदो quod ad idem recurrit, ex eodem vero Cod. पत्तिः recepimus pro पदं, illud enim sensum faciliorem praebere videtur in constructione aliquantulum impedita, cuius vim fortasse non cepimus, in interrogatione illum latere sensum putantes quem versus proxime sequens adiungit: res secundas eam scilicet ob caussam datas esse ut homo eas sponte abiiciat.

13. Nulla interpretatione eget versus, dummodo teneas, posterius hemistichium responsum dare: discrimen illud imprimis esse rell., Schol. अत्र विशेषो ऽस्तीत्यादि ॥ In membro quarto Cod. A. त्यक्ताश्चैते proponit, B. त्यक्ता ह्येते, attamen particula तु optime adhibetur. Pro सुखं scripsimus शमसुखं, in scholiis typis impressis legendum est न संत्यक्ता अपि loco सत्या अपि,

leviora corrigere nolumus, sperantes fore ut pauciores virorum doctorum quibus illa editio in usum veniat, sphalmata facile perspiciant.

14. Sensus huius versus hic est: multo difficilius esse, omnes quibus fruimur opes ex consilio abiicere, ut viri pii, qui devotione summum numen cognoverunt, ब्रह्मज्ञानेन विवेकिनः (sic enim in scholiis legendum), faciunt; quam desiderium in eas res, quas ne possidemus quidem et quas spem nullam habemus ut possideamus, vincere. Circa lectionem quod attinet, Cod. B., quocum conspirant Schol. Cod. A. secuti sumus.

15. Depingit sententia felicitatem devotorum, qui, omnibus rebus humanis posthabitis, in speluncis mente in lumen supremum sive Brahmam fixa, tam quiete habitant, ut aves accedant atque in ipsorum gremio nidum sibi parent, ut est in *Sakuntalâ* p. 149.: अंशव्यापि शकुंतनीडखचितं बिभ्रज्जटामण्डलं ॥ quod ne quis hyperbolice dictum putet, hodiernos in India Tapasvinos in mentem revocet quietismo tam immobiles ut in ipsorum corpore formiceta accumulent formicae. *Aves* haud dubie h. l. sunt Châtaki, quae nunquam fere in hominum consortio vivunt et pluviae tantum guttis vesci dicuntur. Talibus devotis, quorum vita salutifera, एव तेषां आयुः सार्थकं जीयते Schol., homines mundanos opponit voluptatibus inhiantes, inter quas commemorantur *lacus* et *ripae* in deliciis habitae, et क्रीडाकाननं *viridarium* sive παράδειτος quem nos *Park* appellamus; केलिकौतुक ad praecedentia in universum pertinet. Has vero vitae suavitates ne possidemus quidem omnes sed nobis effingimus tantum, neque enim legendum उपरिचित *antea collectum* sed cum Cod. A. et eiusdem scholiis उपरचित, unde Scholia explicant मानसिकाः कृताः क्रीडाः et in fine मनस्येव मनोरथैः सानन्दा भवामः Rogerius: *nous faisons avec nos pensées.* Verbum रच् κατεξ. de fictionibus poeticis usurpatur cf. vs. 18. et *Sakunt.* p. 52. — In Cod. A. अश्रुकणात् *e guttis lacrymarum* legitur.

16. Miserorum deplorat sortem qui, centone induti mendicantes vivere quam desideria compescere malunt; distinguuntur etenim tales a mendicis religiosis, de quibus infra. मलीन pro usitatiore मलिन *sordidus,* ex Cod. B. in मयो च mutavimus. Scholia desiderantur.

17. Sententia admodum putida et sordido devoto digna, quam pudet multis explicare. Cod. B. कवित्न proponit, quod praeferendum utique esset utpote magis ironicum, nisi crederem in करिवर् et कवित्र adnominationem quaesitam esse. In Schol. Ed. Sr. ut in Codd. legendum est करः गण्डस्थलं pro किरः शुण्डस्थलं, h. l. enim कर non proboscidem sed frontem elephanti significat, vid. Sring. 5.

18. Denuo quaerendus erat versus qui vituperium rerum sensualium quodammodo exprimeret, quum aliud in hac re iudicium criticum prorsus nullum se praeberet; neque enim, quam Rogerius exhibuit, sententia septima (p. 297.) inter Bhartriharis disticha reperitur. Elegimus igitur ex libro secundo versiculum, in Edit. Sr. centesimum (p. 59.), cuius vero sensum num bene perspexerimus alii videant nobis perspicaciores. Imagines aperte ex genere

poetico sunt desumptae: अर्थः नवः est materies de qua agitur, अपशब्दः linguae barbaries, सभा consessus auditorum, पद् pes versus, रच् versus componere et sic porro; at quum scholia adsint nulla, obscurior est sententiae ratio quae mihi quidem haec videtur esse: quemadmodum poeta, quo magis ipse amoris cruciatur curis, novis coloribus amorem depingit et elegantiorem captat sermonem, ita homo, mundanis rebus irretitus sollicitatorem agere solet et bonis sese obtrudere ut eorum quoque animos corrumpat. Multa fateor, huic explicationi inesse quae frigida videantur, tamen cum versu proxime antecedente coniuncta sententia haud prorsus absona videri potest, in vituperium scilicet poetarum res vulgares supra modum exornantium. निरतः dedimus ex Cod. B.; lectione Edit. Sr. नियतं (Chaur. vs. 42.) retenta, corrigendum fortasse erit सत्सु भारं जनेषु *probis hominibus oneri potius evadit.*

19. Lectionum varietas non magni est momenti; धृतं in Cod. B. pro युतं lectio satis tolerabilis; वलिश apud eundem, ex solita literarum ल र et उ permutatione (*Sâhity.* p. 277. Schol. *Nalod.* 3, 53.) enatum. De phalaena vid. ad Vair. vs. 1.

20. Versum difficillimum, cui praeterea scholia desunt, recepimus ex Nîti libro, in Edit. Sr. p. 45.; in Codd. omnibus desideratur, Rogerius aliam sententiam praebet, sed similis nostrae apud illum ea quodammodo est quae Nîti vs. 87. legitur. Membrum versiculi primum citatur *Sâhityadarp.* p. 235., ita tamen ut पतिरपां legatur loco निधिरपां et alia lectio proponatur: मिता भूः पत्यापां स च पतिरपां etc. concinnius tamen est उदन्वच्छिन्ना *oceano fissa,* coll. πέλαγος, vocabulum a semitico פלג deductum. Prius hemistichium difficultatem non habet, dicit enim poeta: solem immensum quotidie coeli spatium permeare quamvis terra, mari distincta iam satis ampla sit. Hoc exemplum, similiter ut Nîti 28, hominibus proponit, sed locum esse impeditum lectores sentiunt. Nos, ut obscuriora quae in libro Vairâg. sat multa leguntur disticha scholiis haud instructa, ad verbum reddidimus, भावाः pro vocativo, ut in poesi dramatica sexcenties legitur, habentes; cui appositum epitheton, quod de vitae periodo intelligimus qua rationis adminiculo iamiam ad altiora niti possunt homines et omnibus terrestribus posthabitis, coelestia, ut viri pii faciunt, adspirare. Vocabulum उन्मेष iuxta *Careyi* lexicon bengalicum *perceptionem* significat ac *sensum;* huic proborum sapienter conceptis cogitationibus, quantumvis infinitis, antevertere debemus atque omnia vincere obstacula sive sensus coercere.

21. Sannyasin, sive illum यः संन्यस्यति सर्वं, solum beatum praedicat, non vero divitem rebus fluxis adhaerentem. Lectionum varietas nulla est et verborum singulorum versio scholiorum fere nititur auctoritate.

22. Tertium sequitur caput de egentia et summa penuria, cuius incommoda nemo ferre possit, quare potius divitum misericordiam commoveat aliquis et stipem colligat, quantumvis durum etiam hoc quibusdam videatur (cf. *Hitopad.* p. 32.). — Hanc vero pauperiem ex opum

inconstantia enasci satis prodit auctor, non enim mendicitatem eam cui sponte sese obstringit devotus aliquis, in malis ponit. Versu altero et vigesimo sententiam inculcat hanc: neminem fore, qui familiam angustiis oppressam videre possit quin eleemosynam potius flagitet, etsi ipse fame cruciatus id facere metuerit. Pro स्वकीय in Cod. B. male legitur मदैव mox vero क्षुधितानन्नैर्न विधुरां, cuius lectionis vocabulum posterius, Schol. suffragante adoptavimus, quia जठर ut est in Edit. Sr. in fine recurrit. Vocabulum देहि *liquidum* vocat (विलीनाक्षरं) quia facile pronunciatur, tametsi egenus titubante tantum lingua proferat vocem.

23. Exprimit versus adagium illud: πτωχοῦ πῆρα οὐ πίμπλαται, simul autem ventriculum esurientem omnem honorem, virtutem et modestiam paullatim auferre et fictam dissimulationem parere poeta docet sesquipedalibus verbis, quae per totam lineam transcurrunt et tanquam epitheta composita nullo modo possunt separari. Deest autem orationis concinnitas, quum imagines de *lunae radiis* et *securi* ad *ollam* absurde satis relatae sint. De Nymphaea, noctu clausa et marcida vid. ad *Nît.* 65. Schol. explicat: यथा चन्द्रिकया सूर्यविकासि अंभोजं म्लानतां याति ॥

24. Suadet auctor ut cibum potius emendicet aliquis quam ut misere vivat una cum familia sua; vitam igitur mendici religiosi commendat quae devotis honori, imo officio est iis qui Vanaprasthi dicuntur (*Manu* 6, 87.). पुण्यग्राम non de vicis in universum sed de coenobiis eremitarum intelligendum, quorum casam, ex longinquo sacrificiorum fumo perspicuam (cf. *Râmay.* II. 42. *Raghuvans.* 1, 53.), *officii gremium* appellat. Vocabulum पाली varia significat: *aciem gladii, infusionem, angulum* et de manubrio vasculi forsitan intelligendum (Schol. पटः तेन चन्ना पाली यस्याः तां कपालीं आदाय), quod veste sua obtegit mendicus modestiae caussa ne manus appareat. Paronomasiam captat poeta in quovis distichi membro पालीकपाली - हुतहुतभुग्धूम्रधूम्र - द्वारं द्वारं - उदरदरो - मानी प्राणी etc., constructio autem ad genus poeticum et irregulare (अव्ययं) pertinet, quod Scholl. ad structuram grammaticam fere referunt. Lectionem नायो intactam conservavimus; in Cod. B. et Schol. धन्यो legitur.

25. Quaerit cur vita ascetica neglecta sit fere, caussa statim addita: homines alienorum potius potestati sese tradere velle quam devotionis libertate frui. Scholia desunt, sed प्रलयं गत quid sit ad versum sequentem docent, scilicet नाशं प्राप्त hoc est secundum huius sententiae contextum: *incultum* ac *derelictum*. अवमान correximus e Codd. A. B. pro अपमान usui loquendi minus adaptato.

26. Versum praecedentem illustrat sententia ista eadem re proposita, dicit enim: quum in silvis omnia parata sint ad vitam tranquillam agendam, radices nimirum et arborum fructus quibus frui possimus, aquae salubres et rami denique subtiles ex quorum cortice vestimenta nectere liceat eremitis convenientia (v. India II. p. 169.), cur tandem divites

adeamus, qui superbia inflati donum pauperibus denegant (cf. *Hitopad.* p. 20. sl. 62.). Codd. A et B legunt प्रध्वस्ता वा तरुभ्यः ita ut omnia ad membrum pertineant secundum: *vel delapsi ex arboribus rami, succulentos fructus et corticem praebentes,* melius tamen प्रध्वस्ताः ad antecedens refertur निर्कराः quum किं novum introducat enuntiatum et महोज्ञा magis poeticum videatur. In scholl. manuscriptis शाखाः omissum est secundum diversam lectionem भग्नाः quam et Edit. Sr. prodit. Cod. A. वीद्यन्तेवं scribit falso. *Ventus superbiae* स्मयपवन eleganter dictum est: huius Dei veluti iussu (वशात् = ईशात् Schol. A.) supercilia fastuosi hominis saltant, h. e. duri oris est ipse et frontem corrugatur perfrictam: अलीकभ्रुकुटियुक्ता ut Schol. *Amarûsat.* vs. 2. explicat आनर्त्तितभ्रूलता ॥

27. Corrigenda erant फलैः, प्रणयिनीं, मनसां et गिरो in Edit. Sr. depravata omnia. E Scholl. वृत्तिं scripsimus pro प्रीतिं quod minus convenit. In Cod. A. अकृपणैः exstat loco अकृपणैः eodem sensu: *non miser* eximium significat (पुष्कल Schol.); idem pro विकारविह्वल legendum iubet विवेकव्याकुल omnino male.

28. Pro स्पर्शी e Cod. A. et Schol. स्पर्शा scripsimus neque ulla praeterea adest lectionum varietas in versu ceteroquin facillimo qui commentarii loco antecedentibus est.

29. E mente Schol. concepimus sententiam, ये non ad homines sed ad *dies* referentes, quo varians lectio quoque in Cod. B. pertinet, दीर्घा loco भाग्नो proponens; sensus enim est: opes quidem augebant illi dies miseria coniunctas, non autem animi tranquillitatem, quae ex rerum sensualium contemptu demum enascitur. धनपतिः Deus Kuverus est quem sordidi tantum homines colunt. Pro हसितं Cod. B. legit हसितैर् quod ferri potest. Addam, ne quid desideret lector, Schol. interpretationem, omissis tantum textus quibusdam vocabulis: अहं पर्वतः तस्य विलं तस्मिन् शिलाशय्या तस्यां उपविष्टः सन् ध्यानावसाने तेषां दिवसानां अन्तःस्फुरितं हसितं स्मरणं भवति । केषां ये धनपतेर् अग्रे प्रार्थनां दुःखाय भजन्ति वृद्धिं प्राप्ताः । पुनर्ये च विषयाणां आक्षेपाः तैः विस्मृता बुद्धिः तस्याः अल्पत्वं दधति ॥

30. Optime locum suum occupare videtur versus quem huc traximus e libro secundo (vs. 52. Edit. Srir. p. 51.); deest in A. desunt Scholia et *Rogerius* aliam sententiam exhibet in Satacis haud exstantem. Nostra vero per se satis perspicua sententia docet, quatuor esse, quibus omnino hominem non posse carere, nimirum Deum, amicum, domicilium et uxorem, quorum nisi sui generis optimum quodque habeat vel pessimo utatur necesse est. Vides simul ex auctoris mente Sivum deum Vishnue inferiorem. Quid दरी sit satis ex opposito सुन्दरी apparet, scilicet contemptibilis feminae e muliebri parte nominatio, uti alias etiam शङ्ख (*concha* apud Plautum) quocum cfr. दरं neutrius formae. — Ceterum Codex B. minus bene transponit मित्रं चैकं et postea दारा चैका.

31. Encomium cibi emendicati, quo Yogines vescuntur, annectit atque huic cibo multa adhaerere commoda contendit, etenim victus tali modo comparatus *timorem abscindit* (छिद्दं), propter fures puta aliosque fortunae casus, quibus obnoxiae sunt opes: multa dein *vitia,*

quae ex divitiis oboriuntur, *occidit* (मथनं) et omnes fere *curas prosternit* (विध्वंसनं), quae verba h. l. desumpta videntur e re militari. *Piorum lustramen* साधूनां पावनं = पवित्रकरं Schol., hunc cibum ideo appellat, quia ab omnibus illis purgat vitiis atque eam ob caussam paupertatem sponte eligunt devoti, qui *φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοι* student esse. Quod restat attributum: *Sivi* सत्रं, Schol. पूजनं *hospitium* explicat; apud *Amarum* vocabulum deest legitur tamen सत्रिन् *pater familias generosus* (*constantly giving alms*), unde Rogerio credendum in notula addenti: *les sattram sont lieux ou les mendiants etrangeres viennent manger.* Publico igitur hospitio, Sivae dicato, comparandus est talis cibus, qui ubique paratus neminem abigit.

32. Quarta quae sequitur huius libri decas de vanitate et inconstantia voluptatum agit, sive de usura (भोग) omnium rerum quae sensibus percipiuntur (विषय). Lemma capituli भोगे ऽस्थैर्यपद्धतिः conservavimus ex Cod. A., in fine sectionis भोगदूषणं solum scribentes. — E rebus voluptariis, quibus semper metuendum sit, novem statim enumerat praecipuas, de quibus iam paullo accuratius videamus. Agmen ducit voluptas in universum quae morbis impeditur et continua corporis imbecillitate, donec ipsum corpus morte rapiatur, कृतान्तः enim, sive *finem faciens,* Deus inferni Yamus et ipsa mors est. *Casus familiae* ad ordinum s. castarum institutionem pertinet, ex legibus enim Indorum anxie cavendum est ne ob minima saepenumero peccata ordines deprimantur. *Principem,* ne opes arripiat, timendum esse, despoticum satis indicaret tunc temporis imperium ad verbum sumere si velles talia dicta, quae pro lubitu saepius effunduntur, ut ea quoque quae sequuntur reliqua. Pro *Sâstris facundum esse timendum* haud dubie (desunt enim Scholia) intelligendum de philosophis eristicis contra Vedorum dogmata disputantibus; *Rogerius* sensum expressit hunc: hominem, in libris sacris quantumvis versatum, doctiorem semper invenire per quem vincatur. Idem in antecedentibus *senectutem* introducit pulchritudinis hostem; melius sane (cf. vs. 33.), neque tamen exstat lectio aliqua varians quae vocabulo तरुण्या commode possit substitui. Ut tamen videat lector quanta facilitate vocabula interdum substituantur vocabulis in talibus memoria recitatis sententiis, versum apponam ex Cod. B. ubi magnas utique mutationes subiit:

भोगे रोगभयं सुखे क्षयभयं वित्ते ऽग्निभूभृद्भयं
दास्ये स्वामिभयं जये रिपुभयं वंशेषु योषिद्भयं ।
माने म्लानिभयं गुणे खलभयं देहे कृतान्ताद्भयं
सर्वाणामभयं सखे भयमतो वैराग्यमेवाभयं ॥

h. e. *In voluptate aegritudo metuenda, in rebus secundis interitus, in divitiis ignis et rex timendi, in servitute dominus, in victoria hostis, in stirpibus mulieres, in honore dehonestatio, in virtute vilis homo, in corpore mors: omnium, o amice, securitas metum habet, devotorum sola conditio metu libera est.* In his fateor quaedam mihi magis placere, neque

tamen in textum quidquam recipere sum ansus, quia Cod. A. Ed. Sr. et Rogerius inter se conspirabant omnes.

33. In eadem re pergit, re quaque, ei cui opposita est, coniuncta, ita ut verbum शास्ति per Zeugma omnibus addatur: nativitati mors imminet, et sic reliqua. शम *animi moderatio* hominum devotorum est, quae, ut e carminibus epicis satis constat per mulieres saepe tentatur; विभूति autem, quod Rogerius male *les richesses* reddit, in Diis *manifestationem* operibus effectam (Bhagav. 13, 19.), in hominibus *Magiam* significat quietismo tandem perfectam, sive potestatem miracula et id genus alia perpetrandi fere divinam, quam inconstantia docet irritam fieri, quemadmodum thesauri effossores rem dicuntur frustrari vocula tantum prolata. Scholia desiderantur ut in versibus quoque, qui sequuntur 34. et 35.

34. Lakshmîs fortuna Dea est, qua relictus unus quisque casus adversos experiatur necesse est. Verbum आत्मसात् कृ *sibi subiicere, arrogare* significat (cfr. Nalod. 3, 22.) *rend prisonier* ut Rogerius bene expressit (vid. *Lassen* ad Hitop. p. 182.). Fatum invictum esse et sponte sua invadere, निरंकुश epitheto exprimit poeta: अंकुश autem stimulus est quo elephanti reguntur ac refraenantur (vid. *Lassen* Gymnosoph. p. 48.), non κέντρον, ex arundine Bambu confectum (तोत्र et वैणुकं) sed καλαῦροψ, κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ῥοπὴν ἔχον.

35. Voluptates et gaudia fluctibus comparat decumanis qui in nobis aestuantur et vitam mox auferunt quemadmodum undae arbores secum rapiunt, de quibus cadentibus verbum ध्वस् κατ' ἐξοχὴν usurpatur. भंगचपला: scripsimus e Cod. A.; in Edit. exstat तुल्यतरला:, in B. लोलचपला: verum lectio तरंगभंग κυματοπλήξ propter sonum videbatur praeferenda et fortius praeterea est epitheton चपल quam तरल quod de guttis magis in usu venit. Vocabulum स्फूर्ति ad sensum tantum expressimus, propria vis in frangendo est sita, unde de floribus *aperire gemmam,* de undis *tremere;* स्फूरितं *extensum quid* significat (Nalod. 1, 33.) de multitudine igitur cum fragilitate coniuncta apprime dicitur. In Cod. B. प्रीतिर्न तेषु स्थिरा: legitur, tunc यौवनसुखं pro dvandvo habendum et Visargus delendus est: *in iuventute et fortuna gaudium non est stabile;* ex hac lectione स्थिता: in Edit. videtur enatum, quod in स्थितं erat commutandum, nisi mavis यौवनसुखस्फूर्तिः - स्थिता ॥ Quod in Cod. A. denique exstat एवमखिलं levioris est momenti.

36. Aliae proponuntur imagines ad fragilitatem rerum terrestrium pingendam: omnia quibus fruimur ac gaudemus bona micanti fulguri similia sunt et vita ipsa gutta quasi est, quae subito nubibus, vento vehementer agitatis, erepta dispergitur. Longe melior est lectio चिन्न in Edit. Sr. quam लोल in Codd. A. B. Similis fere fortunae cum nube transeunte comparatio *Kiratârj.* 2, 39.: शरदभ्रचलाश्चलेन्द्रियैरसुरक्षा हि बहुचलाः श्रियः । et 11, 12. शरदंबुधरच्छायागत्वर्यो यौवनश्रियः । In *Mâlatîmâdhavo* p. 143. gaudium amicos videndi vocatur सौदामिनीस्फुरणाचंचलमेव सौख्यं ॥ cf. notissima illa: σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι et ἄνθρωπός

ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον appositis *Job.* 7,9. 8,9. 14,2. *Psalm.* 102,12. 103,15. 109,23. 144,4. Vocabulum लालसाः propriam verbi vim respicit लल् *ludere parvuli instar* ac si nos diceremus *die Jugendspiele* (प्रीतिमतः Schol.), desideria intelliguntur, quibus optat iuvenis sustentari posse corpus et columnae instar inniti: vacillant tamen (लोल idem quod चंचल) quare in Yoga unica salus est. Huius epitheton Scholiasta explicat धैर्येण समाधिचित्तैकाग्रता तया सुलभे, sic enim in Edit. corrigendum; pro सिद्धि igitur चित्त videtur legisse.

37. Similem vitae cum flumine comparationem exprimit Persa: در لب جوی نشین وگذر عمر ببین. Pronomen कतिपय *quam multi* ad sensum venit quo vs. 35. *pauci sunt dies.* In hemistichii prioris fine Cod. B. satis bene legit तडिद्गुरो भोगपूगाः । Vocabulun उपगूढं cum आश्लेषः h. e. आलिंगनं fere convenit; inest tamen furtivi et secreti aliquid, ad concubitum cum uxore referendum. In Imperativo भवत variant Codd., A. भवन्तु iubet contra metrum; B. singularem numerum भवतु proponit, cui pluralis obstat antecedens. Eodem modo तरोतु in fine proponit B. scripsi quidem cum reliquis तरं तु sed vereor ut तरं extra compositionem possit ferri, quapropter iam तरन्तु imperat. 3 plur. praeferam, aut, quod tamen magis a textu discedit, तरन्तः partic. E Scholl. explicatione समुद्रस्य पारं तु तरणार्थाः de textus lectione non potest diiudicari.

38. Quatuor delineat poeta hominis aetates, easque omnes declarat miseras: *foetus* enim in matris utero iacet depressus, *iuvenis* amoris doloribus vexatur, *vir* coniugis morte contristatur, *senis* autem aetas omnino laborat molestiis. Inter variantes lectiones notari meretur निपतति Cod. A., quod tamen in निपतित corrigendum, pro नियमित, ac si corpora ob peccata in uterum cadere cogantur ex metempsychosis dogmate, quod eo magis probandum, quia अमेध्यं usurpatum videmus, per se quidem *impurum* sed dein *infernum* (नरकं) significans. Loco चोपभोगः Cod. B. legit विप्रयोगः una cum scholl. manuscriptis, attamen *separatio* iam praecesserat in epitheto, quod ad उपभोगं traximus, cum Cod. B. विषमो legentes ut magis concinna fieret sententia. Secundum hemistichium B. incipit नारीणामप्यवज्ञाविलसितवपुषो correctio somnolenti cuiusdam librarii.

39. Scholia desunt, neque sane ulla eget explicatione sententia facillima.

40. Vitam humanam gaudiis inconstantibus constare dicit et maxime variantibus, भवः hoc loco idem est quod alias संसारः Schol. तैर्भोगैरयं संसारो भवति । Varians lectio Cod. A. et Schol. कस्मै च pro कस्येह haud spernenda est, neque रे Cod. B. particula, vituperii aliquid in se continens. *Proprium domicilium* in hemistichio posteriore ad mentem trahendum: in hoc voluntas quasi desideria oborta deprimit ne foras vagari possint et spei laqueis irretiri, corpus enim haud raro domicilio adsimilatur, cui sensus totidem portae sunt.

41. Verum sapientem (ज्ञानस्य परिपाकः) sive gnosi addictum, Diis omnibus popularibus, vel Brahmâne creatore non excepto, venerationem non amplius praestare hoc disticho docet poeta, inferiores etenim Dei, quos vulgaris consignavit religio, merae summi numinis

Brahmi sunt evolutiones ac δυνάμεις, quibus spretis devotus in omnipotentem ac verum Deum mentem dirigere debet. *Marutis* per se quidem *ventorum* Dei ac dein illi sunt, qui लोकपालाः vocantur, inter quos Indrus principatum tenet, hoc loco autem ad omnes in universum Deos transfertur nomen, ut certe Schol. intendit, structuram hoc modo solvens: ब्रह्मा च इन्द्रश्च आदिर् येषां तान् मरुद्गणान् देवान् ॥ Per शापं sive *exsecrationem* potentiam illam suprahumanam ac fere divinam (विभूतिं) intelligit, qua praediti sapientes, quemadmodum Visvâmitrus aliique, miracula perpetrant (cf. 33.), divitias ideoque et imperium mundi prorsus non curantes. Vocabulum बोधः coniungendum est cum यत्र स्थितः Schol.: पुरुषः यत्र यस्मिन् बोधः (sic leg.) स्थितः सन्. Possis tamen in priori hemistichio देशे vel aliud quid, unde Localis casus in Scholl. forte enatus, cogitatione addere: *ubicunque stat* et lectionem Cod. A. बोधे defendere, equidem vero nativam verborum consecutionem praefero.

42. Sectionis sequentis lemma est कालमहिमा *magnitudo* temporis, quae in velocitate et revolutione omnium rerum cernitur. Primam quae sequitur sententiam ita vertere in animo erat ac si omnia iam praeterita poetae obversarentur: *hic pulchra quondam fuit urbs* cet., at quum nullum अभूत् in Scholl. insertum sit, capienda omnia sunt tanquam consideratio rei praesentis olim interiturae. In singulis vocabulis non haerebis, चक्रं *rota, telum* etc. hoc loco *exercitum* et regis *satellites* significat; Schol. समन्ताः समीपवर्तिनः परितो राज्ञानः तेषां चक्रं ॥ Ab his igitur diversum est परिषत् *coetus deliberantium,* cui epitheton विदग्ध eo melius convenit quia interdum *versutum* simul et πολύτροπον intendit (vid. Sring. vs. 52.). Princeps ex regio sanguine natus, राजपुत्रः, *der Kronprinz,* inducitur multitudine cultus quia proximus est ad imperium capessendum, Schol. ad regulos et principes summi regis metropolin frequentantes referre videtur: स च उन्मत्ताश्च ते राजपुत्राश्च तेषां निवहः Adiectivi numerum pluralem Cod. A. quoque praebet, ad mulieres fortasse relatum, quod minus placet et caesurae regulis contrarium est. *Collundatores,* विन्दिनः poetae sunt sive potius buccinatores illi qui in aulis Indicis dicta et facta regum praedicant, Schol. स्तुतिपाठकाः (vid. India II. p. 54.); horum praeconum laudes et orationes egregiae in universum (उत्तमाः कथाः) interire dicit poeta ita ut omnia ista in hominum memoriam (स्मरणमात्रं) tantum abeant.

43. Sententia haud inepta, imo imaginum vi recte perspecta, satis elegans. *Tempus* (कालः) et *fatum* (काली sive कालिका Bhavânî Dea) duobus talis ludunt, quos continuo iactitant, calculum scilicet nigrum, noctem, et candidum, diem; pro alveo lusorio (फलक) orbem terrarum adhibent et homines frustula quasi lignea sunt (शारिकाः). Imaginem ipsam veteres saepe usurpaverunt; cf. *Palladae* epigr. 120. παιγνίον ἐστὶ τύχης μερόπων βίος, coll. *Paul. Silentiarii* epigr. 69. et gnoma illud: ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι, *Terent.* Adelph. 4, 7, 20. *ita vita est hominum, quasi si ludas tesseris, Horat.* Carm.

3,29,50.: *fortuna — ludum insolentem ludere pertinax; Plaut.* Captiv. prol. 22.: *Di nos quasi pilas homines habent* et similem fere atque in versu nostro descriptionem apud *Plutarchum* de Isid. c. 12. ubi Hermes cum Luna latrunculis ludit ut dies epagomenos exinde lucro accipiat. Ad rem quod attinet, non apud Bhartriharim schachiae, sed vetus ille latrunculorum, sive tesserarum ludus, κυβεία, intelligitur, quem Ferdusi una cum Arabibus (vid. *Hyde* de ludis p. 49. 60.) Buzurjemihro adscribit ut Indos, a quibus Shahiludium acceperat, tentaret atque exploraret ludendo. Verum tamen nomen ipsum نرد *Nerdiludium,* quo apud ipsos gaudet, ex sanscrito नर्दित provenit et illis temporibus longe vetustiorem esse ludum, iam e *Nalo, Mrichchhakati* et *Amaro* apparet, apud quem termini technici leguntur अक्षाः *tali,* देवनः, पाशकाः ceteri; de modo ludendi vid. *Hydium* modo laudatum (p. 68.) et *Pauwii* de alea veterum librum, Ultraj. 1726. Ad fatum ludus iste eo melius transfertur, quod Arabes, eosque secutus Cedrenus, mundum repraesentare eum statuant; *Assephadi* ex Ibn Chalikano ad Tograi carmen apud *Hydium* (p. 52.) جعله مثلا للدنيا inquit et ex alius sententia concludit: يقول اللعب بالنرد خير من اللعب بالشطرنج لان لاعبه يعترف بالقضا والقدر والشطرنج لاعبه ينفى ذلك *praestantiorem esse Nerd ludo Shatrenj, quod illo ludens agnoscat praedestinationem et decretum divinum, at ludens Shahiludii ea neget;* quia scilicet Shahiludium certis regulis adstrictum est, Nerd autem casu regitur fortuito, quam ob rem multi sunt Orientales in imaginibus de rebus coelestibus ab illo ludo petitis (vid. *Hyde* l. l. p. 7. 13. 15.), quod iam in nomine tali देवन expressum puto. Apud Indos ipsum creatorem ludendo creasse universum, tritum satis ac notissimum dogma tetigimus Niti vs. 89., de fato ac tempore saepius dicunt कालः क्रीडति गच्छत्यायुः ut est in *Mohamudgaro.* Ceterum ex nostra sententia intelligitur quomodo कलिः propr. *niger* sub forma tauri talis ludere potuit apud *Nalum* (Nal. 7, 6.), calculus niger, ex ebeno factus, perdere, candidus vincere debet et taurus notissima mali daemonis imago est in mytho Bhavânìs. — Correctiones in hoc disticho a nobis factae levioris sunt momenti, in membro priori च delendum erat, lectio autem Cod. B. सहबहुकलः pro भुवनफलके nihili est, neque admittendus pluralis यत्रानेकाः quo sententiam incipit idem codex.

44. De brevitate vitae queritur et de temporis velocitate quibus tamen non moneamur rebus terrestribus dediti. बहुकार्य legunt Msti; in Cod. A. praeterea जीवितं prostat. Scholia non adsunt.

45. Lamentantes de eadem re inducit homines poeta et prudentiores illos haud fieri summopere miratur. निभृतं, adverbium idem quod नियतं, cum scholiis in निभृताः mutavimus, quum in Cod. A. निभृताः quoque exstaret. Pro भूत Edit. Sr. quod hoc loco omnino non quadrat, Cod. B. भुक्ता legit, scholiasta vero मुक्ता unice rectum, significatur enim *res de qua modo loquuntur et quam modo relinquunt.* Vocabulo इत्यं B. et Scholl. एवं substituunt;

idem Cod. कथं loco वयं induxit, utrumque in commentario legitur. Verbum ultimum pro जानीमहे recepimus e Cod. B. et Schol. quippe quod fortius et rei accommodatius.

46. Tria quae sequuntur disticha. scholiis destituta, ad sensum obscuriora sunt, praesertim si tertium, quod vocamus, comparationis respicis. Quoniam vero de temporis velocitate agitur, dicere mihi videtur poeta: captandam esse occasionem nec tempus frustra transigendum vanis in res terrestres cogitationibus; sed coelestia potius omni studio ac labore expetenda esse. Omnia a secundo pendent hemistichio, quod priora enuntiata exemplo debet illustrare ita ut, quemadmodum in versibus 47 et 48, cardo rei ultima vertatur in linea. Hanc *Rogerius* vertit: *il est né pour couper le bois de sa mère,* de dolore ac tristitia explicans quam quis matri parat. Equidem a matre acceptam intelligo *iuventutem, cuius sylvam caedere* idem erit quod in versu seq. *frustra transigere iuventutem,* ut si quis cum muliere decumbere neque amplecti vellet. Hunc sensum disticho adstruximus particulis quibusdam hypotheticis insertis. Variantes lectiones nullae sunt nisi quod Cod. A. यौव-नवने legit.

47. Quod de *meditatione* et *iustitia* sive virtute (धर्म) modo protulit, hoc ad *sapientiam* et *gloriam* iam extendit auctor, utramque inutilem significans nisi viribus suis comprobatam. Scientia enim *non spreta,* id est honorata, magna inter homines auctoritate pollet quidem, sed ipsa debet esse modesta et obedientiae adsueta, gloria et fortitudo ad salutem supremam nitatur oportet, sin minus iuventus vana est. Vocabulnm पीठ *sedes* cum antecedentibus coniunctum hoc loco *cervicem* significat; Cod. A. male scribit पीड. In B. pro दमनैः exstat दलनैः bona lectio, cf. Sring. 58.

48. Hanc quoque sententiam ad verbum quidem, sed ita tamen expressimus ut sensum supra indicatum praeberet, particulis scholiorum more eum supplentes ac si esset यदि न अधिगच्छति कश्चिद् विद्यां et rell. Scientia *signo destituta* ea est, quae non cernitur neque aliis prodest, igitur कलंक hoc loco cum लक्षणं sensu *virtutis* convenit; talis eruditio, perinde ac reliqua quae adduntur, non conducit et, ut Rogerius bene vertit: *la vie d'une telle persone est comme une corneille, qui attrappe ici et là sa vie.* आपोषित: Cod. A. debemus, in Edit. प्रेषित: in B. प्रेरित: exstat.

49. Tristis poetae contemplatio haec est: liberi nostri eodem modo nos deplorabunt aliquando, quemadmodum nosmet ipsi parentes iam emortuos memoria tenemus, similes igitur sumus arboribus a continuis Gangae fluctibus evulsis (cf. Nit. 36.). Structura sententiae paullo est intricatior: वयं ad इदानीमेते pertinet, prius ते ad natos, alterum ad वृद्धाः referendum, समाः denique sunt liberi nobis similes, Schol. अस्मत्समाः explicat, ideoque mutare nolui vocabulum, in Cod. A. exstat समं ये ते, in B. समं येः संवृद्धाः । Idem codex स्मरणापदवीं praebet, reliqui lectionem nostram tuentur exquisitiorem, Schol. per स्मरणमात्र reddit ut illud स्मृतिपथं vs. 42. In hemistichio secundo particulam स्म e Cod. A. introduxi-

mus; B. एते: स्म: praebet, अस्मत् ut est in Edit. sensum omnino turbat. Eadem समनदो° e Cod. A., ut videtur, transtulit, glossa illa delenda est, at non सिकतिनि uti falso in textu posuimus sed cum Cod. B. सिकतिल scribendum et cum sequenti coniungendum erat.

50. Sententia plana ac facilis quam ceteroquin Scholiasta optime dilucidat, dicit: huius annorum centuriae quinquaginta annos somno impendi, ex reliquorum quinquaginta annorum duodecim et dimidium infantia et totidem senectute consumi (अवशिष्टं पंचाशद्वर्षं तस्मिन् बालत्वे सार्द्धं द्वादशवर्षं वृद्धत्वे सार्द्धं द्वादशवर्षं अनुपयुक्तं -) virilem denique aetatem, viginti quinque annis constantem et miseriis quantumvis obnoxiam, inanibus laboribus conteri ad ventriculum implendum (उदरपोषणार्थं ॥) cf. *Psalm.* 90, 10. Pro चंचलतरे Cod. B. iubet बुद्बुदसमं *bullis aquarum similis*, πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.

51. E re scenica Indorum petita imago: quemadmodum mimus (नट:) varias induens personas (नानावेशान् दधाति), fabula peracta cortinam intrat sic homo e vitae theatro discedit ad orcum. Paries illa versatilis quae जवनिका quoque et यमनिका nominatur, pictam fuisse apparet ex nomine चित्रजवनिका *Mâlatí* p. 103.

52. Continet caput sequens commoda devotorum cum principum vita aerumnosa collata, neque tamen *colloquium*, संवाद: dici potest ut inscriptio fert, sed de titulis non est quod multum curemus quum inter philologos constet quam sit incerta inscriptionum titulorumque aetas et quam inane eorum pretium. De numero huius sectionis distichorum pauca praemonenda sunt: in Edit. Sr. et Cod. A. undecim numerantur versus quorum quidem unum exstirpamus; leguntur tamen duo alii, ad hoc caput nullo modo pertinentes et a Rogerio quoque omissi; is vero alios inseruit in Cod. A. non exstantes quos etiam nos libenter huc traximus. Versu quinquagesimo altero यती sive संन्यासी regem alloquitur regiae maiestati ac pompae opponens venerationem qua devoti fruuntur et gloriam qua carminibus cumulantur. Visargus in vocabulo गुरु delendus erat et उन्नता: scribendum cum B. et Schol.; Cod. A. singularem numerum errore habet उन्नत: In fine primi hemistichii porro न: recte legitur ex nexu et auctoritate Mstorum. Alia denique lectio Cod. A. अतिदूरगतयो: bonum sensum praebet. Ceterum Rogerius in paraphrasi versum sequentem cum hoc coniunxit, quo fit ut decimum capitis distichon abesse dicat.

53. Tribus versibus praetermissis, qui sermonem aperte interrumpunt, pergit religiosus (पुनर्यती राजानं प्रति वदति Schol.): nos quoque uti tu reges ac domini sumus potentia nimirum nostra — sermones sunt; bellica virtus — cupiditatum exstirpandarum facultas; honor demum — discipulorum veneratio. Verbum ईश्महे in Cod. A. et Scholl. Mst. scriptum est ईप्महे; in Cod. B. porro दर्पन्युपशमन reperitur (leg. दर्पान्यु°), cuius ultimum vocabulum usitatius quidem est, nec tamen de genere neutro दर्प: constat. Pronomen ते in fine hemistichii omnino falsum, in न: cum B. et Schol. correximus. Idem Cod. postea legit धनान्धा *opibus occoecati* pulcherrime, et versum claudit सुतरामेव राजन् गतो ऽस्मि quam lectionem

scholia sequuntur: अधुना मयि ते आस्था नैव चेत् तर्हि ममापि त्वयि सुतरामास्था नास्तीति हे राजन् एवमहमागतो ऽस्मि वर्त्तमानः ॥

54. Animum contentum nullo modo egere, imo vero *πενίαν μητέρα σωφροσύνης* esse intendit. In Cod. B. pro दुकूलैः *vestimentis sericis* च लक्ष्म्या exstat: tu contentus es *felicitate,* quod etsi minus placet, tamen iam pridem ab auctore libri *Dasarûpaki* legebatur, qui hunc versum tanquam aequabilitatis (धृति) exemplum sibi sumpsit (vid. *Wilsonem* in theatr. Indic. I. p. 49. vers. german.). Fortasse est cui se commendet correctio भवति pro भवतु, nulla tamen auctoritate nititur, neque hac emendatione opus est, quum *pauper sit,* per nos licet, bonum sensum praebeat.

55. De apibus huc illuc volitantibus in secundo hemistichio desumpta est imago, sed ita ut, si quid video, amphilogiam simul quaerat poeta: मधुपः enim apis est, cui verbum भ्रम् convenit, मधुपान vero potum designat inebriantem e florum succo paratum: homines igitur apum instar oberrant et iamiam tremulenti divitias tanquam flores prosequuntur. Scholia Mst. inter धनलव et मधुपान inserunt तथा, comparationem in Dvandvo latere indicantia. In Cod. A. मधुपानं legitur, epitheton ad अविनयं pertinens. Pro भाति ex Cod. B. et Schol. भान्त accepimus; lectio eiusdem अवमन्तुं *spernere* omnino falsa est et अनुमन्तुं *consentire* unice sententiae convenit. Scholia impressa per दूरिकर्तुं falsam lectionem respiciunt, Cod. hanc explicationem scripsit quidem sed postea delevit.

56. Sententiam hanc iam vertit *Rosenius* (in Radic. p. 306.) cuius haec est observatio: „Atmanepadam verbi अश् posuit, non tantopere ob metrum, quam propter similem aliarum vocum exitum." Et sane alliterationem in hoc disticho studio quaesitam esse, neminem potest fugere neque tamen in omnibus his exemplis, qualia iam supra habuimus, modum transgreditur Bhartriharis, sed in quibusdam tantum vocabulis similia cumulat elementa ad gratam soni modulationem captandam, ut in *Gitagovinda* fit, et in *Brahmavaivartapûrano* (p. 32. 39. 44. 45. 50. 95. etc.) prostant exempla; v. c.

वरं वरेण्यं वरदं वरिष्टं वरकारणं ।
वरेशंश्च वरार्हंच सर्वेषां प्रवरं प्रभुं ॥
शुभत्तणे शुभदिने शुभयोगेन संयुते ।
शुभलग्ने शुभांसे च शुभस्वामिगृहान्विते ॥

Hoc genus est illud quod veteres *παροίμιον* vocarunt, scilicet *multitudo verborum ex una litera inchoantium* (*Isidorus* Etym. 1, 25.), Indicis vero serioris aevi poetis adeo placuit ut in carminibus consulto artificiosis integra conderent disticha binis tantum literis, (द्व्यत्तरः) imo singulis (एकात्तरपादः) semper recurrentibus. Conferas modo *Sisupâl.* 19, 84.:

नीलेनानालनलिननिलीनोल्लनालिना ।
ललनालालनेनालल्लीलालोलेन लालिना ॥

et eodem libro vs. 114.:

दाददो दुद्ददुद्दादी दादादो दूद्दीद्दोः ।
दुद्दादं दददे दुद्दे ददाददददो ददः ॥

quae illud Ennii: *O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti* longe superant.

57. De vocabulo विट vid. ad *Sring.* 91.; Schol. h. l. बन्दिन् explicat, quoad sensum scilicet, quia Vitus, interlocutoris et scurrae in dramatibus personam induens, herois simul praeconem agit. Quod सभ्येतरवादिचंचव: vocabulum attinet, सभ्य: *homo aulicus* est, dein in genere *insignis*, इतर् vero negationem adfert, unde Schol. असभ्या: exponit (vid. *Sring.* 83.); वादिचञ्चव: idem explicat: वादेषु चंचव: दक्षा: भाणडा: Ceterum pro नृप vocativo, uterque Cod. A. B. legit: नृपमीक्षितुमत्र के *quam ob rem nos regem intueamur?* lectio bona et facilis, cuius tamen in Scholl. nulla fit mentio.

58. Rogerius primum versiculi membrum de creatore intelligit: *een van groot verstand en vernufd heeft deze wereld gemaekt*, ut propria ipsius verba sonant apud *Dapperum* in Asia p. 29., sed hunc sensum non inesse, varians iam lectio दन्यै: *felicibus* in Cod. B. pro ईशै: prodit et Schol. कैश्चित् quoque ad विधृत traxit; जगित igitur mundi attributum est et distichon in reges prolatum, qui quantamvis potentes pauca totius mundi et per exiguum tantum tempus possident. Ex his fuere antiquitus qui totam terram occuparent, ut नहुष: eiusque filius ययाति:, cuius fit mentio *Nal.* 5, 45. *Asiat. Res.* III. p. 39. et fuere quoque qui summum imperium ex devotione mox deponerent; sunt denique hodie qui regionibus imperant multis (चतुर्दशभुवनानि Schol. quod terram universam fortasse designat), fastus igitur regulorum, aliquot tantum urbes tenentium, prorsus futilis videtur ac ridendus. कतिपयपुर: legimus cum Codd. tanquam Adiectivum ad मदज्वर: pertinens; Schol. pronomen illud paucitatis explicat द्वित्राणां पुराणां स्वामित्वे ॥

59. Eandem rem proponit sententia. Maioris momenti varians lectio जातं est in Cod. A. cuius scholia impressis inseram uncinis inclusa: यस्यां क्षणमपि अभुक्तायां नृपशतैर्यातं [नृपशतैर्न जातं भूतं] तै: नृपै: पृथ्वी क्षणमपि न भुक्ता । तावत् नृपाणां (शतैर्यातं गतं Cod. om.) नृपाणां शतानि (यातानि गतानि Cod. om.). De permutatione literarum य et ज vid. *Nit.* 13.; retinuimus hoc loco यातं quod et Cod. B. tuetur, verbis sic iunctis germanice: *von den Fürstenhunderten ist selbst kein Augenblick gegangen worden auf der ungenossenen Erde* h. e. multi fuerunt quibus exiguo tantum tempore imperio frui licuit. Reliqua faciliora sunt. विषादे scripsimus ut Mstt.

60. Legitur versus in Edit. p. 108. inter illos qui in Cod. A. desiderantur et aperte ad caput nostrum quo reges vituperantur pertinet, cui accedit quod Cod. B., in ordine versuum iusto negligentior, omnes tamen hasce sententias, ut tabula in fine exhibet, quodammodo collegerit. Sensus satis est perspicuus: terram universam, grandi sane figura, placentam luteam appellat poeta, oceano veluti veste striata involutam, atque huius glebae exiguam demum partem, eandemque bellis innumeris, acquirere dicit reges et pauperum

insuper copiolas flagitare quum *datores* (ददतः) debeant esse. In Cod. B. secundum tertiumque membrum hoc modo se habent:

स्वं स्वीकृत्य स एव संयुगशते राज्ञां गणैर्भुज्यतो ।
ते दद्युर्ददतो ऽथवा किमपि तं क्षुद्रा दरिद्रा भृशं ॥

eodem sensu, nisi quod egeni terrae quasi possessores inducuntur, quibus frustum suum eripiunt principes. कापुरुष° ex Cod. A. et Schol. scripsimus pro कान् प° — forma contemptus est ut कुपुरुष cet. cum pronominibus composita vocabula.

61. Fabulam respicit poeta illam, qua Sivus in rixa quondam Deorum propter magnum Dei Brahmânis fastum, caput illi abstulisse traditur, idque statim suo capiti signum honoris imposuisse, quum sese humilem redderet Brahmâ. Sivus exinde पंचाननः dictus fuit, Brahmâ vero, qui antea चतुर्मुखः nominabatur, tribus tantum capitibus incessit postea. Sententia igitur aenigmatice proposita, suadet ne mortales, praesertim reges, devotos contemnere velint, quum vel ipse Brahmâ ob superbiam adversus devotorum Deum, Sivum, poenas luerit, et quamvis *immortalis,* id quod in interrogatione, negative sumenda, latet, अवधूतः fieret. — यातः in Cod. B. nisi e licentia pro यतिः sumptum velis: *ille sane devotus fuit,* reiiciendum est. Ceterum minis hoc modo fortissimis ex religione petitis optime claudit sectio in reges potissimum directa et has quidem ob caussas cum Rogerio huc traximus distichon, in Edit. p. 109. exstans.

62. Caput septimum, मनःसंबोधनं inscriptum, meditationes continet quas prudens quisque, ex mente poetae, secum loqui atque ad animum dirigere debeat. De vanitate rerum mundanarum plerumque agunt sententiae ad similes, capite tertio exstantes, accedentes. — Constructio lineae secundae haec est: किं विशसि (male B. विंशति) नेतुं siv. प्राप्तुं प्रसादं क्लेशविफलं hoc est क्लेशैर्निष्फलं ॥ Adiectivum विफलं scholia quoque legunt, igitur mutare noluimus cum A. in विकलं *turpem,* neque in कलितं aerumnis subiectum cum Cod. B. Scripsimus tamen विविक्तः संकल्पः; quorum prius A. et Scholl. praebent (B. विमुक्तः), posterius B. et comment. (A. संकल्पं), verbum enim पुष् hoc loco Activum est ad primam pertinens classem, igitur subiectum requirit, cuius obiectum est अभिलषितं h. e. मनोगतं ॥ Locativus praecedens उदितेत्यादि ad त्वयि referendum: उदितः चिन्तामणेर्गुणो यस्मिन् तस्मिन् h. e. propriis cogitationibus o cor, mente tua conceptis, contentum esse potes neque opus est ut aliis lucri caussa adsentiaris. En *Rogerii* versionem ne sensum quidem exprimentem: *Pourquoy les hommes vont ils tout les jours servir pour peu d'utilité? Si tu n'aspires pas apres les choses du monde, tu heriteras, ou tu recevras beaucoup de contentement.*

63. Voculas कु च न coniunximus in कुचन ob imperativum sequentem et Schol. कुत्रचित्. Pro न तर्कित° Scholl. अतर्कित° scribunt; utrumque admittit orthographia, literam न inter vocales geminatam poscens. Voluptates intelligit poeta quas nobis effingimus, आकल्पिकान् Sch., quae tamen cogitationibus nostris non adducuntur sed sponte sua adveniunt abeuntque.

Verbum भू cum अनु, de quo Rosenius meus in Addendis ad radices monuit: *animadverte voluptates* idem significare ac *fruere iis,* solita significatione cepimus ne unicum hocce distichon reliquis repugnaret quae fugiendas esse voluptates suadent omnes. Participium denique आगतान् in scholiis solum typis expressis exstat, Mstta आगमान् scribunt.

64. Monet sententia ne in res terrestres, ferro duriores sive aheneas, quas vix ac ne vix quidem nobis subiugamus, mens inclinet sed coelestia potius expetat. Imperativum आश्रय in Scholl. manusc. per अङ्गीकुरुष्व explicatum, contextus flagitat; Codd. आश्रयं ad मार्गं referunt, festinantius ut equidem puto, Anusvarum ponentes. Pro आत्मीभावं Cod. A. iubet स्वामीभावं *statum domini,* B. शान्तीभावं *quietis conditionem:* intactam servavimus lectionem vulgatam rebus sensualibus oppositam. मत्तिं vero uterque Cod. गत्तिं scribit, pulchrius si quid sentio: *via vacillans* in qua pedem figere haud possis.

65. Lectiones bonae sunt in A. B. तदभवां, epitheton ad रत्तिं trahendum, et स्त्रीषु, loco श्रीषु, quod in textum recepimus, quia mulieres, a Rogerio quoque inductae, haud abesse poterant. Minus exquisitum est in B. सरिद्वेगेषु *celeritas fluminum;* वर्ग enim complexum indicat rerum similium ut vulgo इत्यादि, सरितः vero fluvii videntur auctumnales, quorum aqua aestate non conspicitur, uti *fluvius mendax Jes.* 58, 11. *Job.* 6, 15. 20. ponitur. Scholiasta sententiam magis dilucidat hoc modo: सर्व एते पदार्थाः चंचलाः अस्थयिनः दुःखदाः न च प्रत्ययः अनुभवो ऽस्ति । पुनरुक्तं किं वक्तव्यं लक्ष्म्यादिविषयाः चंचला इत्यर्थः ॥ Per flumen coeleste *Ganga* indicatur, Sch. भागीरथी; de *Sivi* cognomine vid. ad Vair. 1.

66. Mentem hortatur Yogì ut paupertatem eligat voluntariam cum frugalitate et abstinentia coniunctam, qua saepe gloriantur boni illi, quum revera saepissime, monachorum nostrorum instar, sint νυκτιλαθραιοφάγοι. De verborum structura verbisque singulis quae dici queant, optime suppeditat Scholiasta: हे चेतः त्वं इमां अस्थायिनीं रमां लक्ष्मीं आस्थया आस्थाबुध्या (यत्नेन Vulg.) सकृत् एकवारं मा चिन्तय मा चिन्तनं कुरु ॥ Membrum secundum pro Dvandvo haberem: *principis adspectui obliquo et mobili voluptati meretricum similem,* nisi commentarius aliter disponeret tanquam Tatpuruscham, addens: यत्र यत्र राज्ञां भ्रुकुटयुद्देशः तत्र वेश्या नृत्यं करोति ॥ Vocabulum विहर e licentia metrica pro विहार scriptum est; glossa in Cod. A. marginalis *voluptas, lenocinium* विलास explicat. कंचुकितः proprie *lorica indutus,* Sch. आच्छादितः in plurali numero mallem, ob verbum sequens, nisi omnes auctoritates consentirent, idque eam fortasse ob caussam quia ad mentem dirigitur oratio, pluralis igitur in adiectivo aptus haud fuisset. *Benares,* urbs sanctissima semper habita est et hodieque omnium religiosorum refugium, in *Prabodhachandrodayo* vocatur: *solum ex quo scientiae natales exoriuntur, urbs salutis,* विद्याप्रबोधोदयजन्मभूमिर्वाराणसी मुक्तिपुरी ॥ (*Colebr.* Asiat. Res. X. p. 427.). Sunt tamen harum urbium aliae per Indiam dispersae, inprimis *Ujjayinî,* quae olim ex paradiso in terram descendisse putatur. Vid. *Wilson.* ad Meghadût. p. 38. ubi septem urbes enumerantur sanctae:

अयोध्या मथुरा माया काशी कांची अवन्तिका ।
पुरी द्वारावती चैव सप्तैता मोक्षदायिकाः ॥

67. Pompam regiam describit versus et quidem ad oculos, ut ita dicam, depictam: rex procedens ante se habet puellas suaviter canentes et praecones laudem ipsius celebrantes vividisque coloribus rhythmice exornantes; Schol. मधुरं कोमलं अभिनवं उपमाभिर्युक्तं कवित्वं कुर्वाणाः सरसकवयः ॥ Habet in lateribus virgines h. l. दाक्षिणात्याः nominatas, utpote ex Deccano oriundae; in tergo denique (पृष्टे in Cod. B. et Schol. magis vulgare quam पश्चात्) sequuntur mulieres ῥιπίδα tenentes, e quarum armillis iucundus sonus auditur. चामर est flabellum abigendis muscis, μυιοσόβη, muscarium, vel ex pennis caudae pavoninae confectum (cf. *Martial.* 14, 67.) vel ex cauda bovum Indicorum; *Aelian.* H. An. 15, 14. ἐκ τούτων γε τῶν βοῶν καὶ τὰς μυιοσόβας ποιοῦνται. Persas his uti muscariis primus fortasse Menander retulit apud *Athenaeum* (XI. p. 484. de quorum ancillis flabelliferis egit *Pignorius* de servis p. 422. conf. *Martial.* 3, 40.); postea Romani imitati sunt. De Umbellis vid. ad *Sring.* 39. Quodsi igitur omnibus hisce rebus uti liceat, hoc est, si rex aliquis sit, tunc operae pretium esse dicit poeta, vitae dulcedines aliquamdiu percipere. Vocabulum लम्पटत्वं recentioris videtur originis, quum ad radicem non facile referri possit neque apud Amarum legatur; लम्पटः *lascivus* est, proprie *lingens, fello* (लोलपो लोलुभो लोलो लम्पटो लालसो ऽपि *Yadavas* ad Sisup. 4, 6. coll. *Sâhit. Darp.* p. 320.) et *devotis* saepe opponitur sensus coercentibus (*Brahmavaiv. pur.* fol. 20.); लम्पटता *fornicatio* est in *Careyi* Lex. Bengal. (cf. Supplem. 1. et *Chaur.* 34.). Rogerius sententiam nostram cum proxime antecedente in unam conflavit unde in fine sectionis distichon desideratur.

68. Si omnia perceperis, quae ab hominibus desiderari solent commoda, quid tandem efficiant et quaenam utilitas exinde capienda? किं scilicet प्रयोजनं ॥ *Capiti pedem imponere* gestus est victoris, *Raghuv.* 7, 67. ubi proprie Dr. शिरसि वामं पादमाधाय: ॥ Rogerius recte in notula addit: *si aetatem Dei Brahmânis attingere liceat,* कल्प enim cyclum sive periodum creationis significat. Laudatur distichon in *Kâvyaprakâso* p. 99. ubi variantes lectiones cum Cod. B. conveniunt fere: दत्तं पदं uterque scribit, pro संमानिताः विभवैः Cod. B., संतर्पिताः विभवैः *Kâvyapr.* praebet lectionem satis tolerabilem. In fine Cod. B. iubet कल्पस्थितं तनुभृतं तनुभिः rectius *Kâvy.* तनुभृतां *mortalium,* et देहभृत् *Raghuv.* 8, 50.

69. Quid sit वैराग्यं, in quo commendando tota versatur centuria, declarat tristis poeta. Quanto pulchrius *Bhagavadg.* 6, 1.:

अनाश्रितः कर्मफलं कार्यं कर्म करोति यः ।
स संन्यासी च योगी च न निरग्निर्न चाक्रियः ॥

Cod. B. negationem geminat et singularem praeterea numerum iubet न मन्मथजो विकारः quo nihil mutatur. भवः cognomen *Sivi* est.

70. Sivi vultum sive, quod idem valet, vitam asceticam, summi numinis adorationem non ex-

cludere, constat, imo Brahmum mente complectendum et cognoscendum esse quam maxime inculcatur. Tali summum numen meditanti omnes asserit voluptates quas sensibus nostris percipimus, contemnendas statim videri tametsi vulgo honoratae sint atque adamatae quam maxime. Adiectivum कृपणाल° Schol. explicat: कृपणाः क्षुद्राः सकामा ये लोकाः तेषां मताः मान्याः प्रियाः ॥

71. Scholiasta केन non ad Brahmum trahit, sed प्रकारेण supplet: *quomodo salutem adepturus es.*

72. Decas octava inscriptionem gerit: *inter aeterna et non aeterna haesitatio* नित्यानित्यविचारः et de rebus praesertim caducis agit, quibus animi salus opponitur. Atque hoc primo versu vituperat eos qui libris sacris in servitutem quasi sese addicant sui ipsius scientia neglecta. Quid enim omnes isti libri prodesse possint, quaerit, qui paradisi voluptates promittant puidem sed circa opera et officia sibi non constent (विभ्रमैः i. q. विलासैः) de vera salute tacentes: itaque omnes illorum distinctiones mercibus sunt comparandae quas facili negotio sibi parare quisque potest (cf. *Bhagav.* 2, 42. seq.). Propriae autem salutis scientia devotionem potissimum intelligit auctor quam quidem dicit omnia mala posse auferre quemadmodum ignis, in fine Kalpi (प्रलये) ex Kâli seu temporis Dei vertice cadens, mundum destruit ipsum: hoc modo se ipsum noscens a malis statim purgatur (cf. *Bhagav.* 4, 37. ubi similis de *scientiae igne* figura coll. vs. 39.). Nullum sensum praebet मुक्तैःकिं in Cod. B. et spernenda quoque eiusdem Codicis lectio est प्रवेशकथनं.

73. Principes atque omnino divites, elephantis equisque gaudentes et laute viventes, Deo mortis Yamo, nisi virtutem coluerint, non posse probari distichon significat, quod ex libro *Niti* (pag. Edit. 52.) huc transtulimus, quia in nullo Cod. legebatur et quoad sensum ad caput hocce pertinere videbatur; scholiis praeterea destitutum est. Rogerius huius loco aliam sententiam praebet, hoc sensu: *montem Merum, oceanum et montes interituros esse aliquando, citius vero hominum vitam evanescere,* quam inter Sataca frustra quaeras. Elephantorum epitheton: मदभिन्नगण्डकरटाः vigorem et furorem indicat, sunt vero iam segnes, ex fatigatione puta, ac somnolenti, tamen ante portas stant ad novam parati pompam; cf. *Mudrâraksh.* p. 41.: द्वारेषु द्विरदैः परद्विपघटाभेदक्षमैः स्थियतां ॥ De equis verbum वल्ग् *valgum, curvate incedere,* φέλγειν, usurpatur, quod proprie videtur gratiosum et gloriosum equi incessum significare (*courbetter*). Ceterum वीणा *cithara* est septicordis, वेणु *tibia* ex arundine Bambu confecta, मृदङ्ग *tympaniolum manuale,* quod dicimus turcicum, पटह *tympanum magnum bellicum* (*Chandica* 2, 54.) et शंख denique *concha marina* qua classicum canitur: instrumentis hisce musicis regem e somno excitare consueverunt Indi.

74. Sensus est: χαλεπὸν τὸ γῆρας εἶναι ἀνθρώποις βάρος. Magna varietas est in Cod. B.; in primo hemistichio दान्ताश्च (sic) नाशं गता et pro वर्द्धते etc.: नृपमेव ह्रसते contra metrum, nisi Rephum putas neglectum. In secundo hemistichio leguntur नैव करोति pro नाद्रियते च,

verbum tamen poeticum est आ + दृ de sermonibus quibus aliquis non obtemperatur, cf. *Râmây.* 1, 1, 60.: नादृत्य वाक्यं *spernendo sermonem.* Dein sequitur हा कष्टं जराभिभूतपुरुषं et in fine अवज्ञायते. Faciliora igitur vocabula, metro plerumque adaptata, insolentioribus substituit Cod. ut fit in sententiis gravioribus quae in ore hominum versari solent. Nihilominus glossemata puto, quae tamen, ut plurima reliqua utilitatem suam in interpretando habent.

75. Deerat trium syllabarum vocabulum post सितं tum in Edit. et Schol. tum in Cod. A. Particulae ad lacunam supplendam in promptu sunt, sed lubrica in eiusmodi locis coniectura est; substitui शिरसि, exspecto tamen meliora. Infimorum ordinum, Chândâlorum sive Pariarum puteos ossiculo insignitos esse ne alii ex iis bibant, ex hoc versu discimus.

76. Codices A. B. स्वस्थां legunt sensui et metro contrarium. Distichon ceterum facillimum est.

77. Homines inducit ambigue haerentes utrum in divini fluminis Gangis ripa devotioni sese tradere an potius mulieres colere et literis incumbre magis conveniat; hoc ultimum plerisque placere, queritur auctor, brevitate vitae denuo in memoriam revocata. Vocabulum तपस्यन् hoc loco cum वैरागी, यतिः योगी convenit, sensu, ut in Bhagavadgita elatiore: de sensibus voluntate subiiciendis, tametsi per se तपस् poenitentiam significat voluntariam et cruciatus ex voto susceptos, unde अनुव्रतः poenitentis nomen est frequentissimum; apud *Manum* expiationem peccatorum intendit, ita tamen ut *Tapas* naturale, ea vivendi sit ratio secundum quam debita ordinis officia aliquis praestet (*Manu* 11, 236. et saepius). सविनयान् dedimus e Cod. B. et scholiis, neque enim सविषयान् sensum videtur praebere commodum; Commentarius ad subiectum traxit vocabulum: विनयेन सह परिचरामः tunc saltem legendum सविनयाः Idem Scholiasta शास्त्रौघान् a sequentibus disiunxit: *libris sacris studeamus et carminibus profanis,* quia *Sâstram* de libris tantum sacris usurpari solet, quod tamen non ubique observatum. Γλυκὺ μέλισμα νέκταρος *Meleager* quoque dixit in Anthol. I. p. 35. ibiq. Jacobs.

78. Aliquantulum haesitavi in secunda huius versus voce स्वामी ob explicationem Schol. अमी क्षितिभुजः राजानः दुःखेन आराधितुं अशक्याः qua unum tantum agnoscere videtur enuntiatum, दुराराध्याः lectione, cui dein अमी *illi* sequatur cum particula aliqua conglutinatum quod pulchrius utique foret. Ast त्वमी contra metrum est, दुराराध्या वामी autem violentior iusto et nulla auctoritate confirmata correctio, quare tutius videbatur *dominum* servare et ad reges referre in universum. Hos enim, quantumvis morosos et pervicaces, colere malunt homines, ad maiorem dignitatem adspirantes, quam humanae fragilitatis memores religionis officiis vacare. Pro जरादेहे ut est ferenda Edit. lectio, जरादेहं Accusat., *senile corpus* vel melius *senile corpus ferentem* adiect. bahuvr. ad जीवितं pertinens, recepimus ex Cod. A. et Scholl.: अथ च जरया सह देहं तत्र जीवितं अपि सकलं मृत्युर् हरति ॥ illud सकलं autem, quod et A. praebet, expunximus; Rogerius दयितं quoque legit: *qui est chere.*

79. Desideratur sententia in Cod. A.; in Edit. Srir. ultimum libri locum occupat, sed cum Rogerio ad caput hocce necessario erat referenda. In singulis verbis vix haereat lector tametsi gravius aliquid plerumque in se contineant quam in versione expressimus: श्लाघ्, cuius aphaeresis notam omiserunt Editores Sr. *laudibus efferre* denotat; वसु *thesaurus* speciatim pecuniam significat, quam terrae tradere in publicis solent calamitatibus, unde खण्डित *suffossus* propriam suam vim retinet, dein vero *perditum* exprimit, ut nos alia quidem metaphora *untergraben* dicimus. व्यर्थं proponit Cod. B., a verbo rectum Accusativum, praetulimus Ablativum cum Scholiis. *Jahnus filia* cognomen Gangae est (v. *Wilson.* ad Meghad. p. 59.) et *montium princeps* Himâlayus. Ceterum पय: arcte cohaeret cum sequentibus.

80. Invenitur versus in Edit. p. 103., cuius lectionem adoptavimus, Codd. renitentibus, qui membrum secundum hoc modo concinnant:

A. रम्यं तच्च समानमागमसुखं कालेषु etc.

B. रम्य: (sic) साधुसमागमे समसुखं काव्येषु

Pro विन्दु porro A. वृत्ति scribit et उपगते denique loco अधिगतं. Hancce ultimam lectionem adoptavimus, in उपगतं cum Schol. correctam.

81. Contrarium depingit sententia et prorsus non iucunda esse asserit ea, quae distichon proxime antecedens enumeraverat — si prioris hemistichii interpretationem nostram sequeris, sed iam video me particulis esse falsum quibus recte perceptis vera haec est interpretio: *Quid non iucundum est habitare palatium, quid non audire cantus et alia, quidve non etiam permagnâ cum caris vitae instar amicis conventus felicitate gaudere? Quid vero* rell. itaque cum priori versu conveniens fere sententia haec est: Palatia, cantus et amicorum consessus sane vitae sunt oblectamenta, nihilominus tamen sapientes haec omnia pro vanidis habentes, fugiunt. Pulchra hac in re poeta utitur imagine, quam cave ne in plures separes imagines: *ut ala avis, ut candela vento tremulans, ut germinis umbra.* Schol. explicat भ्रान्त: चासौ पतंग: च तस्य पक्षयो: पवन: तेन व्यालोला चंचला दीपांकुरच्छायावत् चंचलं ॥ ceterum structura nullam habet difficultatem वसतये Dativus, sive ताद्र्थ्ये चतुर्थी ut Grammatici loquuntur, pendet a रम्यं [proprie: iucundum *habitationi*] item प्रीतये gaudio (zu wohnen, zu freuen), quapropter eadem vi in altera sententiae parte Dativi nominis loco partic. fut. pass. श्राव्यं adhibetur. Loco सततं Cod. B. सकलं *omne* legit; nos utrumque expressimus sententia iubente, maior tamen vocabulo सततं vis inest, scilicet sapientes in solitudinem se subtrahere omnibus temporibus solitos fuisse.

82. Novum incipit caput de veneratione Sivo, devotionis Deo, praestanda; in iisdem igitur rebus sordidis versari pergit auctor. — Metaphora insolentior neque tamen prorsus absona: perceptionis facultas (अन्तःकरणं = मनस्) elephas quasi masculus est urigine tactus (क्षीव: = मत्त:); per continentiam tamen (संयमेन) coercetur ne ad rerum sensualium

elephantam (विषयकरिणीं), quae libidinem ipsius excitat (लीलां दधाति), accedere possit; hoc modo cupido illa sensus nostros externos non amplius tangit, quia mundum cognovimus vanum esse; simili figura de equis utuntur Vedântici (v. Windischm. Sancar. p. 159.). Vocabulum संसार quod per *mundum* semper reddidimus (cf. *Vair.* 35.) h. l. cum praepos. आ Adiectivum est et propriam suam vim obtinet: *gyrans, volubilis, versatilis,* est enim Caussale thematis सृ *ire, volvere* ad hominum repetitam per nativitates revolutionem translatum; जन्ममरणादि alicubi explicat Schol. Locus classicus hac in re exstat *Manu* 12, 124.: एष सर्वाणि भूतानि संसारयति चक्रवत् *quia omnia entia circumvolvit rotae instar;* cum mari frequenter comparatur संसार: eodem sensu ac in celeberrimo illo πάντα ῥεῖ, cf. modo infra vs. 86. et *Brahmavaiv.* fol. 92.

दुष्पारसारदुर्वारसंसारार्णवतारणं ।
कर्मवृत्तांकुरच्छेदकारणं दुःखवारणं ॥

In Cod. B. श्रोत्रवर्त्म exstat quo metrum turbatur; idem Cod. रूढ loco गूढ legit. — आलानं ut hoc addam, postis est quo elephanti alligantur; cf. *Mrichhak.* p. 39. आलाने गृह्यते हस्ती ॥ Sphalmata in Edit. Sr. correximus.

83. Eadem ac toties iam repetita de vitae fragilitate querela, cui adde *Palladae* epigr. 129.:

Ὢ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τȣ̃ βίȣ.
Τὴν ὀξύτητα τȣ̃ χρόνȣ πενθήσατε.
Ἡμεῖς καθεζόμεσθα καὶ κοιμώμεθα,
Μοχθȣ̃ντες ἢ τρυφῶντες· ὁ δὲ χρόνος τρέχει.

Per गुणा: *in membris* opera et officia intelligit, Schol. Mst. कर्मनु in sequentibus autem *qualitates* illas sive त्रैगुण्यं intendit, has qui dignoscit *sapiens* est, निस्त्रैगुण्य: in Bhagav. 2, 45., ex nostri igitur auctoris sententia, *devotus.* Lectionem Edit. Sr. intactam servavimus; Cod. B. मनोरथा: स्वहृदये जातं scribit, posterius vocabulum ex solita incuria; हीनांगेषु ferri potest, imo forsitan pulchrius videatur, sed प्राप्त merum sapit glossema vocabuli यात e scholiis in textum relatum. Uterque Cod. A. B. मुक्तास्ति *non alia via relicta est.* In Scholl. impressis magna confusio deprehenditur; hoc modo sunt ordinanda: कृत: अन्त: येन स कृतान्त: अक्षमो काल: बलवान् बलाढ्य: सहसा अकस्मात् अभ्युपैति आपतति (Cod. आगच्छति) । एवं सति किं युक्तं । मदनान्तकस्य शिवस्य अंघ्रियुगलं ध्येयं तत् न ध्यातं तेन ध्यातेन विना मुक्तेः तु न अन्या गति: मार्ग: Pro अज्ञातं Schol. igitur legit अध्यात *meditatione non cultum.* *Pedes venerari* frequentissime legitur.

84. Fatetur devotus se libentius poenitentiae Deo adhaerere quam Vishnui, etsi inter utrumque discrimen non sit (cf. utique vs. 30.). *Vishnum animam mundi* esse, indeque nomen *omnia pervadentis* accepisse libri Indorum sacri saepius exprimunt; cf. *Padmapur.* vs. 70. (Ed. Wollheim p. 23.): व्यापित्वात् सर्वभूतानां विष्णुरित्यभिधीयते et sl. 76.: वासेन सर्वभूतेषु वासुदेवः स उच्यते ॥ जनार्दन vel जनार्दन minus aptum Vishnuis epitheton est, si posteriorem partem a

अर्द् rad. solita *vexandi* significatione deducis, vellem qui *homines adauget* sed tunc scribend. esset जनार्द्दन vel जनार्धन; Wils. explicatio [cfr. s. v.] *insolita* rad. अर्द् nititur significatione.

85. In primo hemistichio समासीना: legit Cod. B., in secundo: भोगोद्विग्ना: ut imprimendum curavimus; Edit. Sr. भोगोभग्ना: praebet, quod saltem in आभग्ना: corrigendum, nisi भञ्ज् cum आ insolentius esset pro *frangere*. Scholia eandem Cod. B. tuentur lectionem, ex qua ओ illud in textu videtur enatum. उद्विवचस: cuius praepositiones magis exquisitae sunt, intactum reliqui, A. et Schol. उच्चवचस: B. आर्तवचस: volunt. Ultimum denique membrum Cod. B. hoc modo consignavit:

कदा यास्मानन्दोद्गतबहुलवाष्पाप्लुतदृशः ॥

prae gaudio expressis lacrymis circumfusos oculos habentes. In precibus nomen Dei ter solet repeti ad maiorem vim, cf. *Brahmavaiv.* pag. 104. et 105.

स्वधास्वधास्वधेत्येवं यदि वारत्रयं स्मरेत् ।
आधस्य फलमाप्नोति ध्यानस्य तर्पनस्य तत् ॥

86. Plane aliter Cod. B. secundum colon. concepit quod indicasse sufficiat:

स्मरन्तः संसारे विगुणपरिणामावधिगतीः वयं पुण्यारण्ये etc.

87. De urbe sacra *Benares* vid. vs. 66. Ibi hodieque nudi, praeter linteum in pudendis perizoma, incedunt Yogines et in Gangis ripa sedentes continuis precibus Sivum adeunt. Hic plurimis nominibus invocatur hoc loco, id quod efficacius putatur, cf. *Horat.* carm. saec. 15:

Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.

Nomina illa, sunt enim innumera, quo memoria teneat, rosario (नामावलि) utuntur, unde Schol. इत्यादिनाम addit. *Gaurí* Dea Kâlì sive Bhavânì, Sivi uxor est; त्रिपुरहर: et त्रिपुरान्तक: saepe vocatur Sivus: *Daemonis Tripuri victor* (v. Wils. ad Meghad. vs. 58.), त्रिनयन: autem ob tertium ipsius in fronte oculum. Particula अये, ut hoc addam, vocativum mitigat atque in precibus gratiam implorat, Schol. कोमलामंत्रणे coll. Schol. *Nalod.* 4, 41.

88. In Edit. Sr. impressum est ध्वाये ध्वानं quod nihili est et in fine correctum est ध्येयध्यानं non minus vitiose; legendum erat ध्याये ध्यानं निवेश्य *meditor meditationem intrans.* In primi hemistichii fine Cod. B. legit पर्यंकमूले exquisitum quidem sed nulla auctoritate alia confirmatum. De Sivi cognomine *Amoris hostis* vid. vs. 1., de amoris autem: *piscem vexillo tenens* cfr. Indiam nostram I. p. 246. Ceterum observare licet Sivo a devotis flores offerri ac fructus, non autem hostias cf. 98.

89. Similis plane sententia vs. 93. recurret, quam ob caussam Rogerius nostrum fortasse omisit versiculum (p. 314.) tametsi apud illum (p. 317. vs. 8.) aliud prostat distichon eiusdem tenoris: nolui tamen in supplementum referre versum, quia suo loco uterque legitur scholiis illustratus. Variae lectiones non adsunt neque multa ab sensu observanda: विपुलं Schol. per गुरुं explicat; वितानं vero h. l. *canopeum lecti* significat, saepius tamen

coelo pro vestimento uti eodem sensu dicunt, nimirum *sub dio morari* et αἰθριοκοιτεῖν, unde hodieque ex Jainis Gymnosophistae दिगंबरा: audiunt, idque tanto convenientius quum अंबरं iam per se *coelum* sit: अंबरं व्योमवाससो (*Visvus* ad Sisupal. 5,3.). De vocabulo सङ्ग vid. ad *Nît.* 34.; Schol. compositum dissolvit: विरतिः विरक्तिः सैव वनिता स्त्री तस्याः सङ्गमुदितः *Munis*, unde मौनं *silentium* descendit, Yogî est, infra (93) भिक्षुः dictus. Vocabulum अतनुभूतिः bene me cepisse, affirmare non ausim; Schol. in Cod. अनुभवः addunt; fort. leg. अनुभावः *qui nullam corpori auctoritatem permittit.*

90. Repetendi erant versus, nonagesimus et qui eum sequitur, ex Edit. p. 83., ubi coniunctim leguntur, in Cod. A. eundum locum occupantes; interrumpunt enim ordinem et ad Sivi cultum pertinent, quare etiam apud Rogerium hoc loco prostant. *Opera eradicare* est prorsus non curare neque de officiorum praemiis sollicitum esse. Scholia non adsunt.

91. Schol. पात्रयतां *pro patera adhibeatur* et verba reliqua in Imperativos Activi commutat: पात्रं कुरु: ॥ *Felicitatem summam praebens,* परमानन्दः epitheton Brahmi est, quocum per intimam ipsius scientiam unitur Yogî etsi vitam conservet, sive in vivis maneat: hanc vero felicitatem Sivi favore assequitur devotionis viam ingrediens. सुलभां iubet Cod. A. una cum scholiis suis, sed religio fuit sollicitare vulgarem lectionem.

92. Ultimum devotorum gradum depingit auctor capite hoc decimo, अवधूतचर्या inscripto. Brahmani vitam quadripartitam non uno loco leges praescribunt sacerdotales ita ut per iuventutem ब्रह्मचारी Vedorum studio incumbat, dein paterfamilias, sive गृहस्थः sui ordinis officia persolvat, postea वनप्रस्थः ὑλόβιος s. eremita, meditationi vacet, hominum consortium non prorsus devitans, postremo loco autem यतिः fiat, sive अवधूतः (cf. Manu 6, 67.). Talis asceta, in antecedentibus satis superque descriptus, cynicorum more incedit, *baculum manu gestans et peram seminudus ab humero suspensam gerens,* sive ut *Aristophanis* dicam verbis ἀνθ᾽ ἱματίου μὲν εἶχεν ῥάκος: in his omnibus enim Yogines Indici Cynicos aemulantur, imo longe superant: vaga delectantur, inhumana ac ferina fere vita, tribonium in deliciis habent attritum ac squalidum et quemadmodum Philemo Comicus Cratem describit, quod aestate crasso pallio indutus conspiceretur ob tolerantiam, hieme detrito:

Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασὺ
Ἵν᾽ ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος.

id multo magis in ascetas quadrat Indicos. Sed iam videamus singula. *Pudendorum fascia* (कौपीनं) *in plus quam centum frusta* debet esse distracta — जर्जरतर Comparativus est adiectivi intensivi per totam radicem जृ repetitam efformati, quales sunt गद्गद *balbutiens,* कलकल *avium cantus* et quae ad sonum simul exprimendum inserviunt formae: किंकिणी *perisphyris tinniens, tintinabulum,* coll. *murmur, turtur* cet. Sic forte *purpura* colorem intensum et quasi *impletum* (पूर्) significat et דַּרְדַּר *carduus* ad stirpem दृ *lacerare* referendum

ut in reliquis aliis verbis semiticis geminantibus ע ut dicuntur. Vid. *Schol. Haririi* p. 15. infr. Cod. B. et Scholia निश्चिन्त्यं male legunt; निरपेक्ष्यं porro, quo metrum vitiatur, Cod. A.; in B. सुखसाध्य exstat, भैक्ष्यमशनं A. et शय्या B. haud spernendae sunt lectiones. Secundum hemistichium in B. plane a vulgari textu recedit, neque vero eam habet auctoritatem ut chartam perdamus. Pro स्वान्तं = मनः denique Cod. A. et Schol. eiusdem falso inducunt शान्तं ॥ Quid per *magnum Yogi festum* h. l. intelligatur Commentariis non apparet, totam igitur vitae rationem hac metaphora designari puto. Ceterum ex Cod. A. distichon excidit, nostra enim haec sententia numero 86 notatur, quum octogesima quinta revera sit; in Scholiis eiusdem Cod. ad versum seq. nobis 93. additur: 87 स्पष्टः dein vero sequitur conclusio इति भर्तृहरिणा कृतं वैराग्यशतकं समाप्तं ॥

93. Vide supra vs. 89. Secundi hemistichii initium ad mulieres flabelliferas alludit; harum loco auris refrigeratur Gymnosophista, igitur दिशः ipsi virgines sunt; eadem metaphora qua Martialis abollam Cynici *uxorem grabbati* nuncupat, eo quod grabbato pro stragulis iniecto, veluti cum eo dormiret. Schol. explicat: दिशः एव कान्ताः नार्यः ताभिः समन्तात् सर्वदिक्षु पवनद्वपचमरैः वीज्यमानः सन् ॥

94. *Brahmânis ovum*, sive mundum, supra *Niti* vs. 93. मृत्पिण्डं appellatum, eodem sensu h. l. मण्डलीमात्रं nuncupat, hoc est *discus vilis* क्षुद्रं मण्डलं placenta forsan ac libum, quo non satiatur sapiens. Posterius hemistichium eodem modo interrogat, subaudito न, quo statim sententia fit affirmativa: *nunquam accidit*. Hanc insolentiorem forte putans ellipsin, ultima verba in किं प्रजायते mutat Cod. B. सफरी pisciculus candidus est, aquam celeriter transnatans; aliis *carpo*.

95. Vix operae pretium est variantes annotare lectiones Codicis B., cuius librarius in hac sententia describenda negligenter admodum versatus est, transpositis ज्ञानसङ्गमध्य et sic porro. In secunda linea द्वानविरक्तमार्गानिरतः scripsit, cuius vocabuli compositionem non bene expedio; lectio recepta ad Yoginum conditionem illam pertinet, qua nullo ordinum respectu ac discrimine ab omnibus Castarum officiis immunes sunt devoti, ut hodieque multorum testimonio confirmatur. Vocabulum आकीर्ण Cod. B. in आक्षीण commutat, contra rhythmum literis similibus quaesitum et sensum, quem tamen restituit संप्राप्त lectione pro अस्यूत = न ग्रथित. Ultimum denique समसुखाभोग° ieiunum est.

96. Quinque elementa adorans sperat Yogî se tandem cum Parabrahmo coniunctum fore, ab omnibus animi commotionibus ac stultitiae vinculis liberatum. तेजः सुबन्धो legit Cod. B. et ज्ञान pro ज्वाला quae omnes admitti possunt lectiones, posterior tamen glossa videtur; vid. vs. 72. de *scientiae igne*. Secundum hemistichium unica fere vox est; en Scholia: युष्माकं सङ्गवशाद् उपजातो यः सुकृतोद्रेकः तस्य या स्फुरन्ती अथ च निर्मला ज्वाला शिखा तया अपास्तः खण्डितः समस्तः सकलो मोहस्य अज्ञानस्य महिमा महत्वं यस्य स एवं भूतः सन् अहं ॥ Memorabilis est Schol. *Parabrahmi* explicatio per उपाधिशून्य quae ad Bauddhorum dogma accedit.

97. Per *animum amritum stillantem* eum intelligit qui omnia terrena exuit et summi numinis cognitione gaudet, sive hominis, ut Schol. verbis dicamus: मत्तास्वभावस्य ज्ञेयज्ञातृसंबन्धेन रसस्वरूपब्रह्मविशिष्टस्य ॥ Illud autem vocabulum quo tanquam cibo utitur *Brahma* est, नित्यस्वरूपब्रह्म ॥ (vid. *Windischmannum* p. 128. in Sancar.). In sola Edit. Sr. exstat sententia p. 105.

98. Videmus ad quam duxerit dementiam pulchrum per se ac sapientissimum praeceptum de rebus externis contemnendis et cogitatione salutis ergo in Deum dirigenda: vult sordidus auctor — non idem Bhartriharis ille qui Nîtim composuit — ut bestiarum more (वनस्थलीशयनाः मृगाद्यः) in sylvis degamus ad sensuum oblectamenta evitanda et summam perfectionem obtinendam. Serpens *vento* pasci putatur ut apud Hebraeos *pulvere*, sed simul latet in हिंसा vocabulo, speciatim de caede animalium usurpato, nullum cum pabulo illo crimen esse coniunctum, quod bene vidit qui Rogerium francogallico sermone reddidit: *Bramm a ordonné une viande pour les serpens, sans qu'on tuë rien, qui est le vent.* Verba belgica (apud *Dapperium* Asia p. 30.) rem minus tangunt: *Bramma heeft de wint voor de slangen tot een spyze, het gras voor de beesten geschikt. Deze zyn een en de zelve spyze en niemand lyd daer nadeel by.* Incongruae Cod. B. lectiones sunt: भ्रात्रा महत्कल्पितं ad versum 96 forsitan respicientes ubi *aether* frater vocabatur; dein सृष्टाः pro पुष्टाः praebet et सततं *semper* loco सहसा = हठात्कारेण.

99. Sensus est: mundus vult decipi, decipiatur ergo; nos autem devoti et animo sinceri libenter divinam illam quam in promptu habemus, numinis scientiam impertimus. Vocabulum गाल्ति apud Careyum in lexico Bengal. *scurrilitatem* indicat; vox videtur composita ex गा *vox* et श्राल्ति *series, copia* ut puncto subscripto Editores Sriram. indicare voluerunt: verba igitur obscura et confusa denotat (Schol. गाल्तिमत्वं nostrum *galimathias*) sed cum notione *fraudis* coniuncta, quare sapientiae opponuntur. *Leporis cornu* pro re nihili ac vana habuimus *Niti* 5. Cod. B. ultimum distichi membrum legit:

दद्तु शशविषाणं ये महात्यागिनो ऽपि ॥

qui magni devoti vel leporis cornu darent? Fateor versiculum hunc et proxime sequentem mihi in hac decade paullulum esse suspectos, sed quales sint substituendi ambiguus haereo, igitur seriem turbare nolui.

100. Querelas fundit sententia de neglecta scientia divina, per quam semper vitam asceticam intelligit noster. Non sine vi ponuntur *reguli*, inest enim: vel in exigua quacunque regione h. e. ubique. Nominativum suppeditat Schol. पृथिव्येकदेशभोगिनो राज्ञः sequens vero vocabulum cum eodem in Accusativum erat corrigendum. Minus bene Cod. B. क्षितितल° inducit. Alias scriptoris hallucinationes omittimus.

SUPPLEMENTUM.

1. Versus qui sequuntur supplementarii ex libro secundo potissimum collecti sunt; tres priores ad caput de stultitia pertinent et in Cod. A. tantum leguntur, numeris undecimo et sequentibus notati. Harum sententiarum prima, in qua nulla ambiguitas relinquitur, illud Horatianum commentatur: *naturam expellas furco, tamen usque recurret;* cf. *Niti* 3. et versiculum prakriticum *Mrichhak.* p. 90.

ग्राघ्राणलक्कबलद्दे ण शक्किक वालिदुं
अण्णाकलत्तपशत्ते ण शक्किक वालिदुं ।
जूदपशत्त मणुश्शे ण शक्किक वालिदुं
जेवि सहावि आदोशे ण शक्किक वालिदुं ॥

Non potest bos, in herbam lasciviens, retineri, nec moechus alterius uxori inhians, nec homo addictus aleae, neque (hoc est: *multo minus*) *ille cui vitium innatum est.* Ubi पलक्क (प्रलक्य), ut hoc obiter observem (cfr. $\pi\alpha\lambda\alpha\varkappa\acute{\iota}\varsigma$) sanscritice लम्पट vocabulo explicatur (vid. *Vair.* 67.).

2. Singularis sane sententia, quam spuriam esse ipsius tenor satis superque docet. Quodsi Bhartrihari esset, scriptores de compositione rhetorica agentes certissime hoc distichon excitassent.

3. Pro एषां exspectaris येषां cui ते melius respondet; pro मृत्यु cum Scholl. legimus मर्त्य *mortalis.*

4. Sententia Cod. A. vigesima quinta, in capite secundo de sapientia, prostat et bona enumerat quae homini per Vishnuem distribuuntur, nullo tamen epitheto indicatum est iusto tantum et sapienti talia praemia fore; अवंचक: ex Scholl. scripsimus, in textu erat अवन्धक:, Commentarius tamen Neutrum genus iubet ad मित्रं referens, quod fieri nequit ob vocabulum sequens.

5. Similem adscripsisse librarius videtur versiculum ad distichon Niti 33, cui praecedit haecce sententia, omnibus suis numeris haud absoluta, quum supplenda sit: *diviti* सामर्थ्ये सति Schol. Fortasse tamen in pronominibus, articuli vice fungentibus, ironica quaedam vis inest, ac si nos dicamus: *das sind Sinne!* अन्यत्तणेन coniunctim scribunt textus et Schol.; frequentior saltem est Instrumentalis, sed tum अन्य: scribendum: *alius* plane fit subito, neque amplius vulgo laudatur, qui dives modo erat.

6. Versiculus Cod. A. quinquagesimus, post versum nobis *Niti* 41. legitur eiusdem sensus: ut sorte sua contentus sit homo neque aliorum bonis invideat. Haec quidem extra dubium sunt posita, distichon vero ipsum, prout in Cod. exstat, corruptissimum est et sine aliorum Codd. ope in integrum restitui vix potest; sonat enim hoc modo, ad metrum quodammodo adaptatum:

त्वं एव चातकाधारोसितिकेषांनगोचरः ।
किं अम्भोदवरास्माकं कार्पन्योक्तिः प्रतीच्यते ॥

in quibus verbis negligentissime scriptis sensum equidem non invenio, etsi vix placent coniecturae quibus usus sum, paullo liberiores. Primum: अम्भोदवरास्माकं sanscritum non est, sed anteponi debebat pronomen, cuius अस्माकं et केषां glossae videntur; *guttae* धाराः abesse vix possunt; terminatio ओ ad चातको tunc pertineret et spiritum finalem in स् mutaret scriptor, nisi सन्ति vocabulo sequenti inesse (ut vers. seq.) suspicaris. लोचनगोचर solita compositio est et apud Bhartr. iam legitur *Sring.* 74. — Sed iudicent critici acutiores. — Scholia ceterum adsunt nulla.

7. Ad sensum, versiculum antecedentem, cui proxime adhaeret, optime haecce illustrat sententia, scilicet querelas inanes fundere non debere hominem sua conditione, quantumvis exigua, contentum, nam ut inter nubes quoque sint vacuae ac tonantes, quibus sitim non exstinguat Châtakus, sive ut est in *Raghuv.* 5, 17. निर्गलिताम्बुगर्भं शरद्घनं नार्दति चातकोऽपि ॥ sic inter opulentes inveniri avaros, divitiis suis superbientes, quos igitur adire haud iuvet. Scholia desiderantur. Corrigenda erant मित्र in मित्रं, हिंसति in हि सन्ति et आद्रायन्ति in आर्द्रयन्ति ॥

8. Caput septimum, de ope ferenda, claudit sententia in Cod. A., et similem exprimit sensum: montem *Merum* et *Himâlayi* iuga non tantopere valere quam *Malayi* montes in peninsula australi, ubi non arbores modo steriles verum multa dona adsint salutifera, sic homines liberales sordidis divitibus esse praeferendos. *Auri mons* et *argenti mons,* हेमगिरि et रजताद्रि mera epitheta h.l. sunt et nullo aurifodinarum respectu ad externam tantum speciem horum montium referenda, Schol. in homines bene adhibet: ननु आत्मसदृशाः सुवर्णरौप्यरूपाः कृताः अतः तैः किं प्रयोजनं ॥ Molestiam parat in fine कंकोलनिम्बकुटजानि in quo vocabulo कुटज cum scholl. scripsimus; in textu erat कटुज scriptoris errore ortum, etsi कटु *pungens* de herbis officinalibus dicitur. निंब arboris species est, *Melia,* sive *Nimba Azadaracta* hoc est آزاد درخت appellata, sed कंकोल nusquam reperitur. कोलं per se *fructus* est, quod bene conveniret si निम्बकोल scriptum exstaret; fortasse igitur aliud arboris genus designat, quum Schol. scribat: कः कोलनिंबकुटजाः वृक्षाः Huius vero Commentarii कः nullum sensum praebet, neque enim Brahmâ, qui कः nominatur, locum habet; कं vero *caput, aquam, ignem, pavonem* et *gaudium* significat, ut de Monosyllabis lexicon *Ekâksharanighantus* docet. Schol. ad *Ghatakarp.* vs. 13. कं (sic leg.) शिरो जलमाख्यातं et postea: पावके च मयूरे च सुखे शीर्षे जले च कं coll. *Nalod.* 2, 4. 41. et saepius. Sed, fateor, me in hisce ipsum non acquiescere, quum कं vocabulum simpliciori dictionis generi parum sit aptum, proponam कङ्केल्लि° dummodo *Asocus* arbor in Himalaiis montibus crescit.

9. Operibus omnia regi et hominis fatum constitui (*Nîti* 91. 94.) distichon docet quod imprudenter forsitan loco suo eripuimus quum apud omnes legatur: in Cod. A. vs. 89, B. 61, T. 58,

in Edit. pg. 53. Infra tamen alia sequuntur exempla, ubi sententia ab omnibus exhibita auctoritatibus, locum suum occupare nullo modo potuit. Neque Scholl. adsunt, neque variantes lectiones.

10. In Cod. A. tantum, post versum *Nîtis* nobis nonagesimum nonum, legitur sententia, numero 103 notata, cuius cardo in ultimis verbis vertitur. Vide quae de tali interrogationibus facta constructione observata sunt ad *Nit.* 45.; de इतर in compositione vid. *Sring.* 83. Verba ceterum faciliora sunt; per *relictionem,* हानि bona intelligit huius mundi, quae a sapientibus sponte negliguntur.

11. Legitur versiculus in Cod. A. 105, in B. quem sequitur Edit. Sr. 82. in Cod. T. 79. nec quicquam habet molestiae tametsi frigoris nescio quid insit. मुण्डता non apodictice capiendum: *ornata est,* quod aliis auctoris dictis contrarium esset, qui in rebus similibus vituperare mavult quam laudare, sed hypothetice: *certe ornaretur,* ut in sententia seq. Hoc Cod. B. indicat interogatione कैश्चित् metro prorsus contraria. Adiectiva अप्रिय° non sunt *pauperes qui in egestate non blandiuntur* et *divites in opibus humanitatem conservantes* sed oratione dura destituti omnino अप्रियवचनेषु दरिद्राः तैः Schol.

12. Tuentur sententiam omnes auctoritates: A. 108. Edit. et Cod. B. 84. T. 89. et in eo quidem loco ubi recte sese habet, in capite de fortitudine post versum nostrum septuagesimum sextum. Laudibus enim praedicat virum fortem, cuius pedis contactu terra, veluti per solem flos, sese expandit, ut sub mulieris pede florem Asokum efflorescere dicunt Indi. Pro क्षमा *patientia* in Edit. legendum erat क्ष्मा *terra,* cui metrum obstat, B. रसा, A. मही quod adoptavimus, praebet. स्फारं adverbii vice fungitur *fit gaudens, exsultat,* propr. enim स्फर् *rumpi* ut स्फुर् de floribus dicitur, dein *exsaltare,* collato स्फारण.

13. In Edit. vs. 21. et Cod. B. vs. 22. tantum reperitur adagium hocce satis luculentum. सुपुरु° metro iubente in सत्पुरुषाणां convertimus.

14. De hoc disticho vid. ad *Nit.* 83. cui adiungitur in Edit. Sr. 26. B. et T. 25., a Rogerio quoque translatum. Cod. B. in primo hemistichio उत्पतति iubet, caesura tamen prohibet quo minus accipiamus hanc lectionem, ceteroquin haud necessariam quia facile cogitatione additur: *iterum exsurgit.* In alterius hemistichii pede secundo Paeon primus apparet, in hac sede rarissimus. Vid. *Ewald* über einige ältere Sanskr. Metra p. 10.

15. Ad *Sringârum* potius pertinet sententia, in Edit. Sr. quadragesima nona libri secundi; in Cod. B. bis exstat, numeris 49 et 77 notata, neque in aliis Msttis reperitur. दुर्ग्राह्यं *difficile captu* Cod. iubet, menti ut videtur poetae contrarium, vult enim: cor mulierum cum omnibus suis ut ita dicam plicis et fraudibus, omnino non capi posse, ut comparatio docet. यद्दर्पणान्तः स्थितं in Cod. B. ferri potest; दुर्गं ex eodem adoptavimus pro सूक्ष्म *subtilis* in Edit. De *gutta in flore loti* vid. ad Vaiv. vs. 7. In alium sensum *Uttararâmachar.* p. 29.

dicitur: optimorum hominum mentes cognitu difficiles esse, quum duriores modo sint quam adamas, molliores modo quam flores:

वज्रादपि कठोराणि मृदूनि कुसुमादपि ।
लोकोत्तराणां चेतांसि को नु विज्ञातुमर्हति ॥

Cum lianis mulieres sexcenties comparantur, praesertim in Gitagovindo, cf. *Mrichh.* p. 25. meretrix est मार्गजाता लतेव । et *Catullum* 61, 34.: *ut tenax hedera huc et huc arborem implicat errans. Ovid.* Epist. 5, 47. et quae excitat Jacobs ad Anthol. IX. p. 128. Scholiis omnes versus destituti sunt, a vs. 13. usque ad 23.

16. Versum scholiis carentem et in sola Edit. Sr. vs. 66. exstantem omnino non capio. Sermo est de Vishnue sub apri forma terram sustentante et in serpente Sesho, ut hominum saluti prospiciat, decumbente, sed quomodo cum dracone Rahu coniungatur, nescio; puto tamen ad distichon nobis vigesimum septimum a pio quodam lectore adscriptam esse sententiam in quibusdam vocabulis corruptam. Vitium saltem contra metrum erat tollendum in secundo membro, cuius च in ननु mutavimus et vocabula insuper राहुः et शेषः invicem transposuimus ne plane ineptiret obscurissimum dictum.

17. Corruptissimus in Edit. Srir. (74) versus, inprimis quod membrum hemistichii primi alterum attinet, ubi haud facile quisquam विरम vocabulum semel omissum ex coniectura repetiisset nisi alio adiutus Codice. In B. (75) et T. (72) hoc membrum recte se habet sed transpositum cum priori hunc in modum librarii oscitantia vitiato:

विपहिमधैर्यध्वंसं यदीच्चितुमाहमे

quae pracriticae corruptioni fere similia sunt. Pro जडविधेः in Edit. cum B. legendum जलनिधेः ex literarum ड et ल solita permutatione, et न cum व similitudine enatus error; non vero opus est ut verbum व्यपैति cum B. addamus. Dicit auctor ut equidem capio: Viros fortes anxie respicere noli, num forte constantia ipsorum, calamitatibus tentata gravioribus vacillet tandem, quodsi tamen impatientes invenias ipsos, nihilominus gloria digni putentur ut montes alati illi (vid. *Nit.* 29.) oceano vexati, viribus in periodi magnae fine fracti erunt sine omni aequoris ipsius damno. Comparationem tamen claudicare quilibet ipse videt.

18. Sensus est: Fortuna tanquam mulier vult expugnari, audaces fortuna iuvat. Mirum est quanta corruptela in Edit. Sr. laboret versiculus, cuius sphalmata भूज्ञयोर्, दोर्ण, विज्ञय absque puncto nasali, मत्तप्रौढ e Cod. B. ubi eundem numerum occupat nonagesimum sextum, correximus, metro iubente.

19. Virum bellicosum praedicat sententia in Edit. et Cod. B. (102) exstans, nulla lectionis varietate. Constructionem grammaticam secundi hemistichii duriorem haud expedio.

20. Adagium in sola Edit. vs. 103. legitur, eodem sensu quo fabula exstat de vulpe et tym-

pano in *Calila* p. 90. Offendit मधुरध्वनिं *sonus dulcis;* vellem विपुल° vel similem addere epitheton.

21. Sententia est ut in *Nîti* vs. 85.: nec Deum ipsum mutare posse ea quae fato constituta sint. कृकवाकुः avis quaevis crocitans est, cui flamingo pulcherrimus opponitur inter flores lotos nidum faciens. Prostat distichon in Edit. 105. et in Cod. B. 106.

22. Multum haesitavi quibus medelis metro huius sententiae consulerem, praesertim quum clariss. *Lassenium* viderem versiculum nostrum secundum Edit. Srir., ubi vs. 106. solus legitur, evulgasse in Comment. ad Hitop. p. 103. Vitium in tertio pede alterius hemistichii latens facile tollitur, si रवैरं Anusvaro deleto adiunxeris vocabulo sequenti; gravius tamen in primo hemist. ulcus deprehenditur, cuius कथयन्ति न vel sensui, ut equidem existimo contrarium est. Proceleusmaticus in sede sexta requiritur sive Amphibrachys et particulae sane erant in promptu तु हि च स्म ह वै ad pedem restituendum (पादपूरणे); nos वा inseruimus negatione prorsus exstirpata, quo facto sententia omnibus numeris absoluta videtur.

23. In Cod. B. (99) ubi sententia haec Editionis, in *Nîti,* ultima prostat, primum hemistichium falso legitur hoc modo: दिग्गजकमठकुलाचलैः कथमपि विधृतापि न वलवति वसुधेयं ॥ Bonam tamen in altero hemist. lectionem चलति huic Cod. debemus pro फलति. Ad sensum cf. *Nîtis* caput de fortitudine et constantia. De *testudine* et serpente Sesho vid. Nit. 28. दिग्गज collective sumendum, sunt enim quatuor terram portantes elephanti. Vocabulum प्रतिपन्नं pro *indole* venit ut alias प्रसिद्धं ॥

24. Ex libro Vairagyo superstes et ad versum nobis octogesimum quintum arctissime pertinens sententia, in Cod. A. et Edit. Sr. quadragesima nona, in B. quadragesima quinta est, et a nobis quidem expulsa ne numerum centenarium transgrederetur liber. Satis tamen antiquum est distichon in *Râvyaprak.* p. 28. iam citatum, ubi in primo hemist. वलवति etc. transponuntur cum कुसमेत्यादि. Pro लोष्ट्रे cum Cod. A. legendum erat लोष्टे = मृत्खण्डे. Usitatiorem porro formam दृषदि e Cod. B. et Schol. Mst. praetulimus; lectiones यान्तु in B. et Kâvyap. पुण्यारण्ये B. et कदा in *Kâv.* loco क्वचित् habent quo se tueantur. Vocabulum denique स्त्रैण Scholiasta अपत्य vocabulo diserte explicat, alioquin et *mulierum gregem* poteras intelligere.

25. Sententiis Bhartriharis finem impono, disticho ad Nîtisatacum et Vairâgyum respiciente, qui in Cod. D. librum de amoribus claudit, primum quia tres in universum Centurias respicit, dein etiam ut exemplo pateat quam corrupti interdum soleant esse libri Indorum Mstt., quorum tamen versiculos scholiis, ut hic quidem est, destitutos, solo metro restituas necesse est. Mensura hoc loco *Sragdhara* est haec, in duos male per scriptorem versiculos divisa: – – – | – ⏑ – | – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ – – | ⏑ – – | ⏑ – –

primum vero hemist. hoc modo exaratum:

धन्याः ते वितरागगुरुचरणारतां त्यक्तसंसारसङ्गब्रह्माज्ञाने
विलिनगिरिविरगहने यौवनं ये नयन्ते ॥

In altero Hemist. ad *amores* pertinente, corrigendum erat स्तन *pectus* pro स्यन et totum epitheton ad amicam referendum, igitur in fine कायां loco कायाः scribendum. गढ in गाढे mutavimus, melius tamen गाढं fuisset. Plures utique afferri poterant versus, praesertim ex Cod. B. sententiis interpolatis referto, at, quum gravissimis omnes fere corruptelis scateant et nihil practerea habeant quod lectorem possit allicere, manum detinui et chartam perdere vanis nolui coniecturis.

॥ शुभमस्तु ॥

Tabula synoptica, novum sententiarum in libro II. et III. ordinem exhibens.

II. *Nîtisatakam.*

		Cod. A.	Edit. Srir.	Rog. vers.	Cod. B.	Cod. T.
I.	1	1		1	2	
	2	2	99 (I)		1 (I)	1
	3	3	1	3	1	
	4	4	3	4	2	3
	5	5	2	5	3	4
	6	6	89	6	89	88
	7	7	90	7	90	90
	8	8	99 (III)	8	34	
	9	9	32	9	31	31
	10	10		10	49	
	11	14	61			60
II.	12	15	7	11	7	8
	13	16	10	12	10	11
	14	17	11	13	11	12
	15	18	42	14	36	42
	16	19	104	15	103	98
	17	20	92	16	92	85
	18	21		17		
	19	22	93	18	93	86
	20	23	47	19	46	48
	21	24	68	20	68	66
III.	22	29	12	21	12	13
	23	30	33	22	32	32
	24	31	96	24	97	92
	25	32	38	25	38	37
	26	33	70	23	70	
	27	34	65	26	65	64
	28	35	95	27	95	91
	29	36	57	28	59	56
	30	37	87	29	87	83
	31	38	98	30	98	97
IV.	32	39	23	31	22	22
	33	41	63	32	67	62
	34	42	20	33	19	20
	35	43	62	34	63	61
	36	44	5	35	5	6
	37	45	6	36	6	7
	38	46	71	37	71	
	39	47	72	38	72	
	40	48	88	39	88	
	41	49	69	40	69	67
V.	42	52	75	41	74	73
	43	53	29	42	28	28
	44	54	22	43	21	21
	45	55	41	44	41	40
	46	56	4	45	4	5
	47	57	73	46	73	71
	48	58	39	47	39	38
	49	59	91	48	91	84
	50	60	77	49	48	74
	51	61	35	50	34	34

		Cod. A.	Edit. Srir.	Rog. vers.	Cod. B.	Cod. T.
VI.	52	62	48	51	47	47
	53	63	8	52	8	9
	54	64	78	57	78	75
	55	65	94	53	94	87
	56	66	28	55	27	27
	57	67	36	58	35	35
	58	68	27	59	26	26
	59	69	40	60	40	39
	60	26		54	68	
	61	28	13	56	13	
VII.	62	70	80	61	80	77
	63	71	67	62	66	65
	64	72	34	65	33	33
	65	73	83	63	83	80
	66	74	46	64	45	46
	67	75	30	66	29	29
	68	76	15	67	15	15
	69		99	68	101	
	70	77	50	69	50	49
	71	78	14	70	14	15*
VIII.	72	80	64	71	64	63
	73	27		72		
	74	86	60		62	59
	75	106	81	77	81	78
	76	107	76	76	76	73
	77		85	78	85	81
	78	109	86	80	86	82
	79	81	17	75	16	17
	80	82	45	79	44	45
	81	83	9	74	9	10
IX.	82	84	24	82	23	23
	83	85	25	83	24	24
	84	87	79		79	76
	85	88	58	81	60	57
	86	90	43	84	42	43
	87	91		85		
	88	92				
	89	93				
	90		101	88	105	
	91	101	56	98	58	55
X.	92	94	19	91	17	19
	93	95	37	92	37	36
	94	96	44	97	43	44
	95	97	52	99	56	53
	96	98	31	93	30	30
	97	99	51	95	53	50
	98	100		96		
	99	102	54	100	57	54
	100	110	97		100	

III. *Vairâgyasatakam.*

		Cod. A.	Edit. Srir.	Rog. vers.	Cod. B.
I.	1	1	1	1	1 (I)
	2	2	2	2 (II)	3 (I)
	3	3	3	7 (?)	4 (I)
	4	4	4	2	5 (I)
	5	5	5	3	6 (I)
	6	6	6	4	7 (I)
	7	7	7	5	40
	8	8	8	8	13
	9	9	9	6	25
	10	10	10	9	10 (I)
	11	11	11	10	50
II.	12		18 (II)	11	18 (II)
	13	12	12	12	17
	14	13	13	13	117
	15	14	14	14	
	16	15	16	15	20
	17	16	15	16	21
	18		100 (II)		104 (II)
	19	17	17	18	22
	20		16 (II)	87 (II)	
	21	18	18	20	
III.	22	19	19	21	9 (I)
	23	20	20	22	116
	24	21	21	23	60
	25	22	22	24	76
	26	23	23	25	74
	27	24	24	26	
	28	25	25	27	
	29	26	26	28	52
	30		52 (II)		54 (II)
	31	27	27	30	
IV.	32	28	28	31	123
	33	29	29	32	
	34	30	30	33	
	35	31	31	34	119
	36	32	32	35	59
	37	33	33	36	88
	38	34	34	37	114
	39	35	35	38	118
	40	36	36	39	110
	41	37	37	40	
V.	42	38	38	41	
	43	39	39	42	43 (I)
	44	40	40	43	8 (I)
	45	41	41	44	87
	46	42	42	45	12 (I)
	47	43	43	46	95
	48	44	44	47	53
	49	45	45	48	42
	50	46	46	49	115
	51	47	47	50	122
VI.	52	48	48	51 }	25
	53	52	52	51 }	33
	54	53	53	52	55
	55	54	54	53	23
	56	55	55	54	32
	57	56	56	55	28
	58	57	57	56	24
	59	58	58	57	
	60		95	51	27
	61		98	59	31
VII.	62	59	59	60	37
	63	60	60	61	
	64	61	61	62	63
	65	62	62	63	65
	66	63	63	64 }	
	67	64	64	64 }	66
	68	65	65	65	79
	69	66	66	66	80
	70	67	67	67	81
	71	68	68	68	82
VIII.	72	69	69	69	87
	73		55 (II)		
	74	70	70	71	51 (II)
	75	71	71	72	
	76	72	72	73	94
	77	73	73	74	44
	78	74	74	75	
	79		99	76	36
	80	75	88	77	91
	81	76	75	78	73
IX.	82	77	76	79	51 (I)
	83	78	77	81	97
	84	79	78	82	
	85	80	79	83	47
	86	81	80	84	54
	87	82	81	85	
	88	83	82	86	100
	89	84	83		85
	90	50	50	87	78
	91	51	51	88	
X.	92	85	84	89	109
	93		85	92	
	94		86	90	89
	95		89	93	92
	96		90	98	93
	97		91		
	98		93	95	11 (I)
	99		96		29
	100		97		30

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 4. lin. 25. pro नील lege लोल.
- 7. - 12. Praestat emendare न्यस्तं स्मरामि नखरक्षतलक्ष्मस्याः et in Scholiis ad h. v. lin. 17. पृथुरुभागः et lin. 19. घनोत्ये scribere.
- 8. - 3. a fine. Fort. leg. इति कपटः सुपव्यं.
- 12. - 8. leg. एतादृशीं et lin. 11. insere स्खलन्तीं ante श्रतिभ्रंशं.
- 15. - 2. a fine. Euphonia neglecta est in exitu membri, item pag. 22. lin. 11.
- 17. - 18. Anusvarus vocabuli पूर्णां evanuit in nonnullis exemplis, item pg. 30. lin. 5. in वां.
- 20. - 14. Pone १८५५.
- 22. - 5. Suprapositum vocalis signum non accurate expressum est in वक्त्रे item pg. 25. l. 20. in fine, et pg. 31. lin. 14. in ते.
- 23. - 21. Separa विचार्य कार्यं, item pg. 26. lin. 1. melius scribis हृदि मानः.
- 30. - 21. Scribe ब्रह्मापि.
- 56. - 2. pro भाङ्ग्यापि, quod ex Edit. Srir. in nostram irrepsit, scribe भङ्ग्यपि.
- 70. - 9. leg. युष्मत्स°.
- 71. - ultima pro विचत्रि° leg. विचित्र°.
- 88. - 12. leg. *Mangiferum.*
- 102. - 4. pro *fatorum libro* scribe *frontis tabula,* video enim भाल anterius caput esse in quo scripta hominis putantur fata; quapropter iam dele quae parum apta in Commentario ad h. v. pg. 131. contulimus.
- 105. - 23. post *quiescit* pone colon.
- 122. - 4. a fine leg. *cupidum.*
- 124. - 17. leg. *voluntate.*
- 131. - 14. dele apostroph. ante कणे.
- 142. - 11. lege ईशपत्नी.
- 142. - 18. post *similis* adde: — *cognita,* nam respondet simul दृश् (cfr. Brahm. Vaiv. Pur. Spec. pg. 25. lin. 5), Arab. رأى, hebr. ידע signific. cognoscere carnaliter.
- 152. - 23. leg. *denudavit.*
- 155. - ult. leg. ऋतु.

Pag. 157. et 158. ad Sring. vs. 36. Post vulgatam Wilsoniani lexici editionem alteram vidi प्राग्भार् *montis cacumen,* पाटच्चर् *furem* significare; igitur verte *qui ex montium cacuminibus fragrantiam furantur,* et dele omnia, quae in Commentario de hisce vocabulis protulimus futilia. Sic quoque eadem (प्राग्भार्) vox intelligenda est Vairag. v. 1. non vero *onus,* et varians lectio उन्मूलयन् iam recte sese habet.

- 162. lin. 3. a. f. leg. *stamina.*
- 169. - 22. post *versione* pone punctum.
- 172. - 1. leg. *Strabonis.*
- 194. - ult. pro مسن leg. صن.
- 199. - 19. गुणप्रवालं.
- 200. - 24. पर्कार्यं.
- 213. - 5. a fine *philautia.*
- 232. - 12. verba: *de quorum ancillis* rell. ad *Romanos* refer.
- 232. - 24. leg. *Dicitur* pro *Dr.*
- 235. - 19. leg. *interpretatio* pro *interpretio.*

Reliqua, quae in versione et commentario minus accurate vel etiam festinanter et मोहमोहिता: expressimus, benevolus lector ipse corriget, errores quosdam in textu graviores passim in Commentario iam tetigimus.

VARIAE LECTIONES

AD

BOHLENII EDITIONEM

BHARTRIHARIS SENTENTIARUM PERTINENTES,

E CODICIBUS EXTRACTAE

PER

A. SCHIEFNER ET A. WEBER.

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA DUEMMLERIANA.

1850.

Variae lectiones e Çârn'gadhara petitae.

Enarrante

A. SCHIEFNER.

In catalogo librorum indicorum musei asiatici a Boehtlingkio confecto duo enumerantur codices manuscripti anthologiae Çârn'gadharae*), quae sanscrito vocabulo *paddhati* vocatur, et pretio et

---

*) Eidem Çârn'gadharae, Dâmodari filio, aliud etiam sive Paddhati sive Sanhitâ nominatum opus ascribitur, artem *medicam* tractans, quod in triginta duo capita divisum duo millia sexcenta disticha continet. In Chambersiana collectione duo inveniuntur huius operis codices, alter (no. 605.) textum totum, alter (no. 793 o.) fragmentum tantum (capita I - VI) continens. Priora quinque capita explicata sunt in *illustratione* (*dîpikâ*, ex quo voce verbum *ţîkâ* ortum esse videtur) a *Vopadeva*, Keçavae filio, facta (Chamb. no. 411.). Huc quoque manuscriptum referendum videtur, quod Oxonii in Bodleiana bibliotheca in collectione Walkeriana numeris 126. 127. insignitum est. — Ingenium operis ex indice rerum ibi enarratarum cognosces, qui initio ab auctore ipso proditur:

अथानुक्रमणिका ॥

प्रथमं परिभाषा स्याद्भैषज्याख्यानकं तथा ।
नाडीपरीक्षादिविधिस्ततो दीपनपाचनम् ॥७॥
ततः कालादिकाख्यानमाहारादिगतिस्तथा ।
रोगाणां गणना चैव पूर्वखण्डोऽयमीरितः ॥८॥
स्वरसः क्वाथफाण्टौ च हिमः कल्कश्च चूर्णकम् ।
तथैव गुटिकालेहौ स्नेहः संधानमेव च ॥९॥
धातुशुद्धिरसाश्चैव खण्डोऽयं मध्यमः स्मृतः ।
स्नेहपानं स्वेदविधिर्वमनं च विरेचनम् ॥१०॥
ततस्तु स्नेहवस्तिः स्यात्ततश्चापि निरूहणम् ।
ततश्चाप्युत्तरो वस्ति (!) ततो नस्यविधिस्तथा ॥११॥
धूमपानविधिश्चैव गण्डूषादिविधिर्मतः ।
लेपादीनां विधिश्चात्र तथा शोणितविस्रुतिः ।
नेत्रकर्मप्रकारश्च खण्डः स्यादुत्तरस्त्वयम् ॥१२॥

A. Weber.

versuum numero multum inter se differentes. Alter (No. 78), littera L. a nobis notatus, licet manu festinantiore scriptus sit, ut partim non ita facile legi possit, tamen a librario satis intelligenti profectus esse videtur, ut iure doleamus, quod lacunis scateat neque ad finem deductus sit. Praeterea singulorum versuum auctores rarius in eo nominantur. Alter (No. 79), littera K. insignitus, multo elegantius neque tamen diligenter scriptus, singularum syllabarum et verborum omissiones innumeras exhibet, attamen plerumque maiorem versuum numerum in singulis capitibus continet atque saepissime auctorum nomina addit. Huius codicis ultimum caput est septuagesimum sextum (नीतिप्रकरण), medium fere locum occupans totius operis, cui in indice (*anukrama*) v. 45 seq. centum sexaginta tria capita (प्रकरण, परिच्छेद) atque sex milia ducenta disticha tribuuntur. Vel me tacente, facile intelligitur, amplissimam copiam optimorum locorum e poetis indicis hoc libro contineri. Quantum auxilii integriores et meliores codices librorum indicorum editoribus afferre possint, appurebit ex hoc specimine, in quo, quantum per codicum nostrorum condicionem eam, quam diximus, licuit, ea in medium protulimus, quae Bhartriharis sententias, a Bohlenio editas, aliquantum illustrarent. Quo in labore mihi non inutilem fuisse Demetrii Galani Atheniensis interpretationem graecam, non est, cur pluribus exponam.

Non multum auxilii codices nostri primae sententiarum centuriae afferunt.

Libri I. dist. 11 auctoris nomine omisso sine ulla lectionis varietate legitur in cod. L. f. 196 b in capite तरुणीपृथगवयववर्णन.

I. dist. 13 in cod. L. f. 220 a in capite प्रियचाटु, auctore non nominato, sic exhibetur:

मुग्धे धानुष्कता केयमपूर्वा तव राजते
यया विध्यसि चेतांसि°

Non solum विध्यसि illud, iam a *Schützio* bene explicatum, satis tutum esse apparet, sed etiam prioris versus veram lectionem nacti sumus, quae sub धानुष्मता codicum A. C. latuit.

I. dist. 20 in cod. L. f. 200 a in capite समग्रस्त्रीस्वरूपवर्णन, sine auctoris nomine. In versu posteriore legitur पादाभ्यां pro पाणिभ्यां; cf. I, 16. porro मधुमयीव pro रत्नमयीव.

I. dist. 59 in cod. L. f. 196 b in capite supra (I, 11) nominato, auctoris nomine non indicato. In primo hemistichio pro coniunctione च, etiam in codice A. omissa, हि invenitur.

I. dist. 64 in cod. L. f. 189 a in capite स्त्रीप्रशंसा, ubi primum hemistichium sic legitur: स्त्रीमुद्रा झषकेतनस्य परमा सर्वार्थसम्पत्करी Pañcatantri lectio (IV. dist. 36) propior est editioni Bohlenianae.

I. dist. 81 in cod. L. f. 105 b. K. fol. 73 a auctore non nominato in capite नीतिप्रकरण dist. 79. In priore versu codicis L. eadem quae apud Bohlenium lectio est, in cod. K. सविभ्रमं; in altero versu cod. L. exhibet

हृद्गतं चिन्तयत्यन्यं न स्त्रीणामेकतो रतिः

K. autem हृदये चिन्तयत्यन्यं स्त्रीणां गतिरनेकधा.

I. dist. 97 in cod. L. f. 228 a in cap. शान्तरसनिर्देश sectione वैराग्य

किं कन्दर्प करं कदर्थयसि रे कोदण्डटंकारितै
रे रे कोकिल कोमलं कलरवं किं त्वं मुधा जल्पसि·

In primo hemistichio iam non opus erit apibus tela, ut Bohlenio placuit, circumstrepentibus et in secundo जल्पसि sine ullo dubio anteferendum est lectioni वल्गसे, quod verbum quomodo cum tertio casu coniungi possit, Bohlenius docere oblitus est. Quartum hemistichium sic legitur:

चेतश्चुम्बितचन्द्रचूडचरणध्यानामृतं वर्तते

Multo uberiorem variarum lectionem copiam centuriae secundae atque tertiae suppeditare possumus.

Lib. II. dist. 3 legitur sine ulla discrepantia scripturae in cod. L. f. 14 a K. f. 10 b in cap. कुपण्डितनिन्दा dist. 4.

II. dist. 4 et 5 in cod. L. f. 26 b K. f. 18 a in cap. मूर्खनिन्दा dist. 4 et 3. Prioris distichi primum hemistichium pro artificiosa lectione दंष्ट्राङ्कुरात् simpliciorem दंष्ट्रान्तरात् habet; in secundo hemistichio pro चपलदू, iam a *Stenzlero* (Jahrb. f. w. Krit. 1835 No. 30) et *Schützio* vituperato, cum codice K. scribendum est प्रचलदू, quod in cod. L. calami errore in प्रवलदू mutatum est. *Galanus* interpretatur hoc epitheton ἀπέραντος, non satis accurate. Alterius distichi hemistichium quartum habet in cod. L. lectionem मूर्खजने·

II. dist. 8 in cod. L. f. 233 a in cap. शान्तरसनिर्देश sect. विचार sine auctoris nomine. Pro अधिगतम् legitur in hemistichio tertio अवगतम्, in quarto pro स्वर, quod in *Galani* interpretatione agnoscitur, घन, quod equidem rationibus metricis ductus praetulerim; cf. Boehtlingkii Chrestom. p. 447.

II. dist. 13 in cod. L. f. 14 a K. f. 10 b in cap. पण्डितप्रशंसा dist. 7. In primo hemistichio cod. L. variam lectionem सर्वदात्यर्थिभ्यः exhibet, in quarto

येषां चेतसि वर्तते सुनियतं कस्तैः सह स्पर्धते·

II. dist. 14 auctoris nomine non indicato in eodem capite dist. 1. Tertium hemistichium in cod. L. sic legitur मदमिलितमलिंदश्यामगण्डस्थलानाम्, in cod. K. मदमिलितमिदश्याम°, unde alius fortasse veram lectionem eruet. स्थलानाम् illud, in fine positum, etiam in codice B. et in scholio reperitur.

II. dist. 21 in cod. L. f. 12 a, K. f. 9 a in capite सामान्यकविप्रशंसा dist. 12. In versu priore cod. K. जयन्तु habet, L. रसविदः, ex quo in codice K. रसवदः factum est; in altero versu L. नास्ति येषां legit, K. नास्ति तेषां·

II. dist. 22 in cod. L. f. 63 b, K. f. 44 a in capite सिंहान्योक्तयः dist. 8. In primo hemistichio K. जरान्वितो exhibet, una cum scholio et codice A. favet lectioni शिथिलप्रायो; pro नशयत्स्वपि, in cuius locum *Benfeyius* (Wiener Jahrb. d. Litt. LXXII p. 75) नश्यत्स्वपि substituit, suppeditat गच्छत्स्वपि; in tertio hemistichio कुम्भपिशितग्रासैक° habet, pro quo in codice L. कुम्भदलनग्र° invenitur.

II. dist. 25 in cod. L. f. 18 a K. f. 12 b in capite मनस्विप्रशंसा dist. 13. In versu priore cod. L. cum editione Serampurensi consentit, K. cum Bohleniana, in altero L. विशीर्यति (sic) exhibet, K. °लोकस्य शीर्यते च मनो ऽथवा, quae mihi e scriptura codicis A. orta esse videntur. Neque in hoc codice neque in *Galani* interpretatione ullum vestigium modi potentialis reperitur. In *Galani* interpretatione post hanc sententiam aliae tres leguntur, quae in edito Bhartrihare desiderantur neque tamen apud Çarn'gadharam desunt. In cod. L. f. 18 b K. f. 12 a auctoris nomine omisso in cap. दानप्रशंसा dist. 12 tricesimo quarto Galani versui respondet:

कर्णस्त्वचं शिबिर्मांसं जीवं जीमूतवाहनः ।
ददौ दधीचिरस्थीनि नास्त्यदेयं महात्मनाम् ॥

Nomen huius regis *Çivis*, cuius partes *Çâkjamunis* in priore vita quadam egisse apud Buddhistas creditur, in libro tibetico *Dsanglun* p. 13 in *Schibji* mutatur, quod a Mongolis *Schidschi* pronuntiari solet. Rectius fortasse शिबि scribitur; cf. Lassen Alterthumskunde p. 644. — Eiusdem capitis distichon sextum apud Galanum sequitur idque iam ex *Hitopadeça* (I, 64) nobis notum:

अयं निजः परो वेति गणना लघुचेतसाम् ।
उदारचरितानां तु वसुधैव कुटुम्बकम् ॥

Tertia denique sententia (Galani versus 36) invenitur in cod. L. f. 25 a K. f. 17 a in cap. याचकनिन्दा dist. 7.

साधुरेवार्थिभिर्याच्यः क्षीणवित्तो ऽपि सर्वदा ।
शुष्को ऽपि हि नदीमार्गः खन्यते सलिलार्थिभिः ॥

Hac occasione data, non possum quin admodum similem apponam sententiam e cod. L. f. 19 a K. f. 13 a in cap. उदारप्रशंसा dist. 13:

दाता नीचोपसेव्यः स्यादफलो न महानपि ।
जलार्थी वारिधिं सवः (!) पश्य कूपं निषेवते ॥

II. dist. 31 in cod. L. f. 19 a K. f. 13 a in cap. तेजस्विप्रशंसा dist. 2 sine auctoris nomine neque ab editione Bohleniana discrepans.

II. dist. 32 et 33 in cod. L. f. 21 b K. f. 15 a in capite धनप्रशंसा dist. 1 et 2. Prius distichon in primo hemistichio secundum cod. L. तत्राप्य° pro तस्याप्य° habet; in alterius distichi hemistichio secundo श्रुतिमान्.

II. dist. 35 in cod. L. f. 24 b K. f. 17 a auctore non nominato in capite कृपणोडतनिन्दा dist. 14. Calami errores non moror.

II. dist. 36 in cod. L. f. 107 a in cap. मिश्रकनीति dist. 1, quod sequitur libri II. dist. 46, ut apud Bohlenium legitur. In primo hemistichio a cod. L. pro दलिता exhibetur lectio, a Bohlenio non probata: निहता, in secundo hemist. शतशालिलः, quod e श्यामसलिलाः ortum esse videtur, in tertio hemist. idem codex बाललनाद्यतिभा शोभन्ते legit, unde huius hemistichii finem बाललललनाः fuisse coniicio, in quarto autem hemist. द्युतिभ्यः शोभन्ते legendum erit,

cui satis accurate *Galani* verba respondent: ἀγλαΐζονται ἐκ τῆς μειώσεως. Quae *Benfeyius* (in G. G. A. 1836 p. 1100) coniecit, non satis simplicia sunt.

II. dist. 43 in cod. L. f. 22 b K. f. 16 a in cap. दुर्जननिन्दा dist. 9 (in cod. K. dist. 10.) non discrepans ab editione Bohleniana. A codice K. hoc distichon *Câṇakjae* tribuitur, L. auctorem non nominat, *Galanus* non inter *Câṇakjae*, sed inter *Bhartriharis* sententias interpretatus est.

II. dist. 53 in cod. L. f. 14 b K. f. 10 b in cap. महतां प्रशंसा dist. 1, sine ulla lectionis varietate.

II. dist. 57 in cod. L. f. 21 b K. f. 15 a auctoris nomine non indicato in capite संसर्गप्रशंसा dist. 10 (in cod. K. dist. 12). In hemist. 3 cod. L. शुक्तिगर्भपतितं habet; tum मुक्ताफलं तज्जायते et मौक्तिकं जायते deinceps legit, K. autem cum cod. B. पतितं तज्जायते मौक्तिकम्; in hemist. 4 uterque codex lectionem, iam a *Boethlingkio* (Chrestom. p. 343) postulatam अधममध्यमोत्तमगुणः exhibet.

II. dist. 66 in cod. L. f. 29 b K. f. 20 a in cap. प्रकीर्णाख्यान dist. 3 sine ulla varietate scripturae.

II. dist. 68 in cod. L. f. 79 b K. f. 55 a in capite समुद्रान्योक्तयः dist. 17. In hemist. 1 स्वपिति, quod iam *Schützius* restituit, in hemist. 2 L. शिखरिपक्षिणः et in quarto pro विततम् (apud *Galanum* ἐκτεταμένον) विविधम् habet, quod cave negligas, quum hoc loco non tam vasti spatii, quam varietatis ratio haberi videatur.

II. dist. 75 in cod. L. f. 15 b K. f. 11 a poetae nomine omisso in cap. धीरप्रशंसा dist. 3 (in cod. K. dist. 4.). K. non discrepat ab editione Bohleniana, L. in tertio hemistichio lectionem editionis Serampurensis confirmat: अधः कृतस्यापि तनूनपातो·

Hic non possum quin interponam distichon, Bhartrihari adscriptum in cod. L. f. 17 b K. f. 12 a in cap. मनस्विप्रशंसा dist. 4, quum ei maxima cum libri secundi disticho 77 similitudo intercedat:

वरमहिमुखे क्रोधाध्माते करो विनिवेशितो
विषमपि वरं पीत्वा सुप्तः कृतान्तनिवेशने ।
गिरिवरतटान्मुक्तश्चात्मा वरं शतधाकृतो
न तु खलजनावाप्तैरर्थैः कृतं हितमात्मनः ॥

Cod. L. in tertio hemist. तटो et चात्मात्तं वरं शतधाकृतम्·

II. dist. 79 in cod. L. f. 228 a in capite ad I. dist. 97 nominato sic legitur:

क्वचित्कान्थाधारी क्वचिदपि च दिव्याम्बरधरः
क्वचिद्भूमौ शय्या क्वचिदपि च पर्यङ्कशयनः ।
क्वचिद्भिक्षावृत्तिः क्वचिदपि च मिष्टाशनरुचि-
र्महात्मा योगज्ञो न गणयति दुःखं न च सुखम् ॥

In tertio hemist. pro मिष्टान्न cod. L. e codice B. मिष्टाशन recepi; quarti hemist. lectionem

restitui e verbis महात्पार्थ्योगशो codicis nostri, quum praeterea in libri tertii dist. 93, quod apud Çarn′gadharam hanc sententiam antecedit, in hemist. 2 variam lectionem योगप्रमोदः habeat.

II. dist. 81 in cod. L. f. 15 b K. f. 11 a sine ulla discrepantia in cap. धीरप्रशंसा dist. 2.

II. dist. 83 in cod. L. f. 30 b K. f. 20 b poeta non nominato in cap. प्रकीर्णाख्यान dist. 25. Uterque codex cum cod. B. in altero versu हि सुवृत्तानाम् legit.

II. dist. 86 in cod. L. f. 27 b K. f. 18 b in cap. दैवाख्यान dist. 4, sine varietate scripturae.

II. dist. 88 in cod. L. f. 222 b auctoris nomine non indicato in cap. करुणरसनिर्देश· In hemist. 3 legitur: तदपि तत्क्षणि भङ्गि करोति चेद्·

II. dist. 91 in cod. L. f. 28 a K. f. 19 a excipit libri II. dist. 86. Cod. K. habet शत्रून्, quod confirmatur *Galani* interpretatione νικησάτω τοὺς ἐχθρούς.

II. dist. 92 in cod. L. f. 27 b K. f. 18 b antecedit libri II. dist. 86. In hemist. 1 L. हतविधेस्ते, a *Bohlenio* reiectum, exhibet, K. व्रत°, in hemist. 3 L. lectionem codicis A. habet, in hemist. 4 K. नमः सत्कर्म°·

II. dist. 93 in cod. L. f. 27 b K. f. 18 b auctoris nomine omisso in cap. दैवाख्यान dist. 1. Uterque codex lectionem cod. B. confirmat: क्लिष्टाः सदा संकटे·

Libri III. dist. 4 in cod. L. f. 26 b K. f. 18 a auctore non indicato in cap. तृष्णानिन्दा dist. 3; quod sic legitur

भ्रान्तं याचनतत्परेण मनसा देहीति वाक्प्रेरिता
भुक्तं मानविवर्जितं परगृहे निःशङ्कया काकवत्।
साक्षेपं भ्रुकुटीकटाक्षकुटिलं दृष्टं खलानां मुखं
तृष्णे देवि यदन्यमिच्छसि पुनस्तत्रापि सज्जा वयम् ॥

In secundo hemistichio K. साशङ्कया legit.

III. dist. 8 in cod. L. f. 231 a, auctoris nomine omisso, in cap. पश्चात्ताप· Hemistichium tertium atque quartum mutato ordine leguntur.

III. dist. 9 in cod. L. f. 26 b auctore non nominato in cap. तृष्णानिन्दा dist. 1. In primo versu est lectio मुखमापन्नं·

III. dist. 11 sine ulla scripturae varietate in cod. L. f. 228 b in cap. शान्तरस sect. वैराग्य·

III. dist. 12 in cod. L. f. 77 a K. f. 53 b in cap. पर्वतान्योक्तय: dist. 2. In cod. L. *Bhartrihari* tribuitur, in cod. K. *Vidjâpati*; apud *Galanum* desideratur. Primum hemist. uterque codex sic exhibet:

ये संतोषसुखप्रबुद्धमनसस्तेषामभिन्ना मुदो

quae in fine sunt, cum cod. B. conspirant; secundum hemistichium:

ये ऽप्यन्ये धनलोभसंकुलधियस्तेषां

in utroque codice, deinde L. तु दूरे नृणाम्, K. न तृष्णा गता habet; in tertio hemist. in utroque codice pro Bohleniano पतिः reperitur पदं; cf. *Hitopadeçae* lib. IV. dist. 97 परमापदां

पदं; in quarto hemist. denique pro absurdo भेरुर्न legitur मेरुर्न, quam lectionem veram esse iam ex ipso titulo capitis, in quo apud *Çârn'gadharam* exstat, intelligitur.

III. dist. 15 in cod. L. f. 231 b in cap. पश्चात्ताप, auctoris nomine non indicato. In primo hemist. गिरिकन्दरे निवसतां, in sec. hemist. जलं pro कणान्, porro निःशङ्कमेवास्थिता, quam lectionem *Galani* interpretatio πλησίον ἀφόβως ἱστάμενοι exprimit; in tertio hemist. प्राचीन° pro प्रासाद° legitur.

III. dist. 17 in cod. L. f. 231 a sine auctoris nomine in cap. विपर्योपहास. Quartum hemistichium codices L. et B. sic habent

मुञ्जैर्निन्द्यं नृपं कविजनविशेषैर्गृहीकृतम्.

III. dist. 19 auctore non nominato in cod. L. f. 231 b in cap. पश्चात्ताप sic legitur:

अज्ञानन्दाहार्त्तिं पतति शलभस्तत्र दहने
न मीनो ऽपि ज्ञात्वा वृतवलिशमश्नाति पिशितम्।
विजानन्तो ऽप्येवं वयमिह विपज्जालजटिलान्

Hemistichium quartum non discrepat. Primum hemistichium *Galanus* sic expressit: ἡ μὲν πυραλλὶς ἀγνοοῦσα τὸ ἐκ τοῦ καύματος ἄλγος πίπτει εἰς τὴν φλόγα τοῦ καίοντος λύχνου.

III. dist. 24 in cod. L. f. 17 b K. f. 12 b in cap. मनस्विप्रशंसा dist. 3. In hemist. 1 legitur पुण्ये ग्रामे, in secundo प्रवृत्तो pro प्रविष्टो, in quarto pro स नाथो स्वदेशे, apud *Galanum* εἰς τὴν οἰκείαν πατρίδα; in tertio hemist. K. pro पूरणाय legit पूजनाय.

